

Καὶ τὴν ἀδελφὴν ἐκτρέφειν ὑπόκρισιν.
Ὡς Σκύλλα καὶ Χάρυβδις ἠγγιωμένη
Ἐν τῇ θαλάσῃ τοῦ βίου περιτρέχειν,
Καὶ ταῖς ὁδοῦσιν οὐκ Ὀδυσσεῶς μόνον,
455 Πάσης δὲ σαρκὸς ἀγρίως καθάπτεται.
Φύλαττε, Χριστὲ, τοὺς βασιλέως κλάδους

et Charybdis furibunda in medio mari vitæ circum-
cursitat, et dentibus non Ulyssem tantummodo,
(455) sed omnem carnem barbare depascitur.

Serva, o Christe, regis liberos a tali invidiæ

A Ἐκ τῆς τοσαύτης τοῦ φθόνου κακουργίας
Φροῦρησον αὐτοὺς τῇ μετ' εἰρήνης σκέπη
Μνήμην ἔχοντας πατρικῶν διδραγμάτων,
460 Μνήμην διαρκῆ, καί γε καὶ πλείστης ὅτε
Χρηζούσιν αὐτῆς εἰς θεόν τὰ πράγματα.

maleficio. Defende ipsos pacis umbraculo memoria
servantes Patris mandata, (460) memoria perenni;
eoque sane maxime, quod hoc ipsum expetit rerum
necessitas.

VARIÆ LECTIONES.

γράφει σοῦ τῇ φυλακῇ
460 μνήμην διαρκῆ PV. *ibid.* ὅτι? 461 παίσματα
πράγματα PV.

NOTÆ.

452. *Odyss.* xii, 256.

453. Legerim περιτρέχει.

458. Patet Heraclium dissidia inter filios oritura
cognovisse, et quantum ipse potuit studuisse ut eo-
rum animos fraterni amoris vinculo devinceret. Sed
invidia et regnandi ambitio, paterna monita ex
animo natorum quam citissime delevit, ut historici

B testantur.

460. Emendator hic iterum prodit, atque in hoc
iambō pro μνήμην διαρκῆ reponi vellet σοῦ τῇ φυ-
λακῇ, et in sequenti τὰ παίσματα pro τὰ πράγμα-
τα. Neutrum ex hisce lectionibus probavimus; gra-
vior enim, ut nobis quidem videbatur, est senten-
tia quam textus exhibet.

QUERCII DE BELLO AVARICO MONITUM.

Plures ac varias antiquis temporibus diversarum gentium migrationes esse factas, atque ex remotioribus Septentrionis partibus populos effertis moribus profectos in meridionales regiones irrupisse, passim docent historiæ, quibus fidem facit Strabo v, p. 213, et Ammianus Marcellinus, xxxi, 5. Verum nulli crebrius quam Scythæ, qui et Sarmatæ et Sauromatæ quondam dicti sunt, nativis sedibus relictis, emigrarunt. Antiquissimis plane temporibus Scytharum reges virtute et belli artibus insignes multam ultra Tanaim fluvium regionem ad Thraciam usque subjugasse testis est Diodorus Sic. ii, p. 90, sed multo magis sequioribus sæculis inclaruere apud nos Scythæ, qui sub vario gentium nomine totum late orbem terrarum occuparunt. Omnes enim illi populi, quos jure et merito Barbaros appellare solemus, quique cladem et necem Europæ universæ inferentes Romanum imperium penitus everterunt, e Scythiæ finibus prosiluere. Inde enim Alani et Vandali et Gepidæ et Gothi et Sclavi et Bulgari et Hunni et Abares et Turcæ aliæque pestes erumpentes, cœli mitioris benignitate illecti primum vicinas regiones, ac deinde etiam longissime positas invadere, omnia vastare, alienis potiri, novos mores ac leges ubique inferre, et in locis nullo jure occupatis injustissime imperare. Primi omnium tantam sensere cladem et perniciem Orientales illæ partes, quæ Romanorum imperatorum ditioni parebant: non enim aliunde quam ex illis locis patere ad nos potuisset aditus, neque, si Romanis vires ad resistendum suffecissent, in nos derivata esset tanta malorum colluvies. Porro, si Ammiano Marcellino, xxxi, 1, fides est, magnus hic tristissimusque eventus præsignis ac portentis fuerat prænuntiatus: cum enim, Valente imperium tenente, infausta omnia undique portenderentur, Græci etiam quidam versus reperti sunt prope Chalcedonem in quadrato lapide incisi, futura plane pandentes, quos quidem referre juvat, ut huic poematio lux affundatur.

Ἄλλ' ὅπταν νύμφαι δροσεραὶ κατ' ἀστυχορείας
Τερπόμεναι στρυφώνονται εὐστεφείας κατ' ἀγυίας,
Καὶ τείχος λυτρωτὸ πολύστονον ἔσσειται ἄλλαρ·
Δὴ τότε Ὀβνια φύλα πολυσπέρμων ἀποροῦσι
Ἴστρου καμψιρόσοιο πόρον περάοντα σὺν αἰχμῇ
Καὶ Σκυθικὴν ὀλέσει χώραν καὶ Μυσιδα γαίαν·
Παιονίης δ' ἐπιθάντα σὺν ἐλπίσι μαινομένησιν
Αὐτοῦ δὴ βιότοιο τέλος καὶ δῆρις ἐθέξει.

Tempore quo liquidas agitabunt urbe choreas
Lætique subsilient hilares per compita nymphæ
Ac funesta dubit murus munimina thermis,
Tunc Hunni innumeris variis e gentibus orti
Trajicient amnis Histri speciosa fluentia
Vastabuntque agros Marsos atque arva Scytharum.
Ast ubi Paunoniam attigerint, majora parantes,
Hos illic fatum et Martis violentia sistet.

Sic eleganter Græcos versus reddidit doctissimus Henricus Valesius, a quo tamen discessimus in quarti versus lectione, quia ad mss. codicum fidem, quos ipse laudat, legendum putavimus εἴη τότε Ὀβνια φύλα. At ille hic agi existimans de Gothis, non de Hunnis, Ὀβνια rejecit, atque ex Socrate et Zonara restituens μυρία φύλα, vertere maluit tunc fortes populi, etc. Verum quis

deceptum Valesium negabit, atque ibi contra id quod ipse ratus est, de Hunnis, non de Gothis sermonem esse non affirmabit, si animadvertat ipsum Ammianum, quasi Græcam inscriptionem esset interpretaturus, ita statim subdere? *Hunorum gens, monumentis veteribus leviter nota, ultra paludes Mæoticas glaciale Oceanum accolens, omnem modum feritatis excedit.* Quis autem ignorat Hunnos vel Chunnos vel Thynnos, quæ nomina idem sonant, generatim eos omnes populos fuisse appellatos, qui temporum variis intervallis in Europam turmatim se effuderunt; ita ut sicuti quondam antiquitus Scythæ una omnes dicebantur, ita postea iidem omnes Hunni dicerentur? Ejus rei testis est Agathias, *De regno Justiniani*, lib. v, qui cum Hunnos aliasque barbaras gentes, quorum varia erant nomina, circa paludem Mæotidem habitasse affirmasset, ait: *Οὗτοι δὲ ἅπαντες κοινῇ μὲν Σκύθαι καὶ Θύννοι ἐπωνομάζοντο.*

Ac ter quidem Hunnos in Romanorum dittonem irrumperere conatos esse colligimus ex historiis, et tum demum in Pannonia, quæ ab ipsis postea Hungaria dicta est, constitisse proditum est a plurimis scriptoribus. Primam quidem Hunnorum eruptionem 13 anno imperii Valentis, Christi 376, factam esse tradit Orosius lib. vii *in gest. Valentis*. Damna vero, quæ ex ea secuta sunt, enarrant præter Orosium auctor *Hist. Miscellæ*, lib. xii, *in Gratiano*; S. Hieronymus, *Epist. in epitaph. Fabiolæ*; Philostorgius, ix, 17; Priscus, in *Excerptis de legat.* p. 47, aliique, qui omnes e Scythia egressos Barbaros in maximam Europæ perniciem Hunnos appellarunt. Ejusdem gentis in conterminas regiones altera emigratio secuta est Justiniano I regnante, anno videlicet Christi 564. Ac tum quidem populi, qui in commune exitium exciti tot mala Romanis rebus attulerunt, *Abares* dicti sunt et *Hunni Abares*. Fidem faciunt Theophanes ad annum 787, Ado Viennensis an. 879, Ainoinus Floriacensis et Sigebertus in *Chronicis*, qui omnes Abares cum Hunnis confundunt, eosque Hunnos et Abares fuisse appellatos aperte testantur. Nominis etymologiam ex Hebraica lingua quidam repetentes Abarem idem esse voluerunt, ac si quis eos *palantes, vagos* et nomadum more *errantes* atque huc illuc *transeuntes* diceret. Alii vero contendunt quosdam Hunnos Abarum nomine insignitos, quod robore corporis et animi fortitudine cæteris anteirent, ut si quis *robustos validosque et bene dispositos* vocaret. Sed primam nominis originem Theophylactus Simocatta, vii, 8, videtur probare, dicens Hunnos qui post alios in Europam confugerant, Abarum appellatione fuisse contentos: *Λέγεται γὰρ ἐν τοῖς ἔθνεσι τοῖς Σκυθικοῖς τὸ τῶν Ἀβάρων ὑπεῖναι ἐντραχίστατον φύλον* Horum autem dux Chaganus vocabatur, eodem Simocatta testante ibidem illos ipsos Hunnos Abares se dixisse, sumque principem Chaganum honoris causa nominasse: *Ὁὗτοι Ἀβάρους ἑαυτοὺς ἐνομάσαντες, τὴν ἡγεμόνα τῆ τοῦ Χαγάνου προσηγορίᾳ φαιδρόνουσιν.* Anno denique Christi 888 et 889 Hunni ab Arnulpho imp. Occidentis contra Moravorum regem Zwatapolugum evocati, et a Leone Philosopho imp. Orientis contra Bulgaros invitati, undique collectis viribus, multorum millium numero, suppetias laturo libenter concurrerunt: sed ea occasione arrepta totam Pannoniam occuparunt, quæ deinceps Hungariæ nomen adepta est. Præstat de hoc Hunnorum adventu tertio legere Reginonem abbatem Prumiensem *Chron.* lib. ii; Luitprandum *Hist. de reb. Europ.* lib. i, Annales Fuldenses, tom. II *Script. hist. Franc.* ann. 892; Cedrenum, in *Compend. hist.*; Sigebertum, in *Chron. ad a.* 903; Joann. Aventinum, *Annal. Boiorum*, lib. iv; Æneam Silvium, qui postea fuit Pius II, pontifex, *Hist. de Sec. part. Asiæ*, aliosque gentis feritatem crudelitatemque enarrantes unaque simul exsecrantes: nos enim, ut hic tantum de secunda Hunnorum irruptione verba faciamus, monet Pisida qui horrendum facinus, quod anno Christi 626 de evertenda Cpoli Abares animo conceperant, versiculis non inelegantibus describit. Verum cum ea omnia, quæ nunc dicenda essent de Abaribus, commodius in notis ad singulos versus referri possint, a supervacaneo opere hic abstinendum ducimus. Igitur Abarum originem breviter indicasse sufficiat; ac si quis adhuc plura cupit addiscere, adeat Francisci Foris Otrokoesi *Origines Hungaricas*, quo in libro Hunnorum Abarumque res summa cruditionis copia pertractantur.

Quod autem ad præsens poema spectat, Sergio patriarchæ esse inscriptum facile dignoscitur: namque ei statim in principio hoc quidquid est laboris sui offert Pisida, v. 12, ac deinde passim ipsum alloquitur. Belli autem summam ducem fuisse Deiparam Virginem patet ex ipsis primis versibus aliisque operi intertextis: ejus enim ope vere Cpolis est ab hostium incursione liberata, ut omnes scriptores Byzantini una simul cum Pisida testantur, qui eam solam contra Abares dimicantem repræsentat. Sed Sergium quoque ipsum ut alium belli ducem præstantissimum ubique commendat, sed qui secundas ageret partes, nec nisi prece et lacrymis pugnaret, et Virginis Deiparæ nutu, ope et consilio totam rem militarem administraret, v. 230. Igitur a principio usque ad v. 125 Abarum origo, ferè mores et fraudes enarrantur: tunc Pisida bellum ipsum Abaricum exorditur, et facta ad Sergium invocatione multum in ejus laudes excurrit, dicens, v. 130: *Ὡ πάντα πράττων.* Nec sane immerito multum hac in re Sergio tribuisset noster Georgius, si modum servare nosset: constat enim Sergii custodia una cum filiis urbem commendatam reliquisse Heraclium imperatorem tum cum contra Chosroam dimicaturus discessit; cujus rei testis est præter cæteros Nicephorus patriarcha in *Historia*, p. 11. Heraclius, Persis et Abaribus eodem tempore infestantibus, cum simul et fame et pestilentia respublica premeretur, *προσεκαλεῖτο Σέργιον τε τὸν τῆς πόλεως πρόεδρον, ἔτι τε καὶ ἄρχοντας καὶ τὸ λοιπὸν τοῦ λαοῦ μέρος, παρατίθεται αὐτοῖς τοὺς παῖδας, καὶ Βῶνον τὸν πατριχικὸν ἐγχειρίζει τὰς τῶν πραγμάτων διοικήσεις.* At Pisida, quod quidem plurimum ope et virtute confectum fuit, totum id voluit ad Sergii pietatem referre, ut tantummodo co gemente et Virgine Deipara protegente, nullis vero humanis viribus aditentibus, et urbem servatam et partam victoriam esse constaret.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΓΕΝΟΜΕΝΗΝ ΕΦΘΑΔΟΝ ΤΩΝ ΒΑΡΒΑΡΩΝ ΚΑΙ ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΥΤΩΝ ΑΣΤΟΧΙΑΝ, ΗΤΟΙ
ΕΚΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΓΕΝΟΜΕΝΟΥ ΠΟΛΕΜΟΥ ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΙΧΟΣ ΤΗΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟ-
ΛΕΩΣ ΜΕΤΑΞΥ ΑΒΑΡΩΝ ΚΑΙ ΤΩΝ ΠΟΛΙΤΩΝ.

EJUSDEM

DE INVASIONE FACTA A BARBARIS AC DE FRUSTRATO EORUM CONSILIO; SIVE EXPOSITIO
BELLI QUOD GESTUM EST AD MCENIA CPOLEOS INTER AVARES ET CIVES.

Τῶν ζωγράφων τις εἰ θέλει τὰ τῆς μάχης
Τρόπια δείξει, τὴν Τεκοῦσαν ἀσπόρως
Μόνην προτάξει, καὶ γράφει τὴν εἰκόνα.
Ἄει γὰρ οἶδε τὴν φύσιν νικᾶν μόνη,
δ Τόκῳ τὸ πρῶτον καὶ μάχῃ τὸ δεύτερον ·
Ἐδεῖ γὰρ αὐτὴν, ὥσπερ ἀσπόρως τότε,
Οὕτως ἀόπλως νῦν τεκεῖν σωτηρίαν,
Ὅπως δι' ἀμφοῖν εὐρεθῆ καὶ παρθένος

Pictor si quis velit belli tropæa ponere ob oculos,
Virginem matrem solam ponat, ejus pingens imagi-
nem : nam ipsa sola novit semper vincere (5) natu-
ram partu primum et deinde bello. Æquum enim
erat ut, sicut prius sine semine, ita nunc sine armis
pareret salutem ; ut per utrumque constaret et esse

A Καὶ πρὸς μάχην ἄτρεπτος ὡς πρὸς τὸν τόκον.
10 Ἐγὼ δὲ μικροὺς τῶν ἀγώνων, ὡς ῥόδα,
Λόγους συνάξας ἐξ ἀκανθῶν τῆς μάχης,
Σοὶ τῆ φουτουργῆ τῶν φρενοσπόρων λόγων
Τούτους προσάξει συμφερόντως εἰλόμην,
Ὅπως ὁ μακρὸς μὴ παρεκλύσῃ χρόνος
15 Τὰ τῶν καθ' ἡμᾶς θαυμάτων κινήματα.
Ἦδη μὲν ὥσπερ δυσγενεῖς ἀπρησπάδες

virginem, et peræque esse intactam in bello ac in
partu. (10) Ego vero paucos, quos inter certamina,
ut rosas, sermones collegi ex spinis belli, tibi satori
sapientium sermonum hosce offerre non inconsultus
institui, ne longa post nos oblitteret ætas (15) no-
strarum rerum admiranda molimina.

VARIÆ LECTIONES.

ἡμεστ. ἦτοι ἐκχεσις. ἐκθεσις ἔνεκεν P, qui in margine ἄλλως.

NOTÆ.

1. Deiparæ Virginis ope præsentissima Cpolitana
urbem contra Abarum hostiles impetus fuisse
servatam, cum Heraclius in Perside contra Cho-
sroam pugnaret, anno videlicet imperii ejusdem 16,
Christi vero 626, die 29 mensis Julii, communis est
scriptorum consensio. Vide *Chronicon paschale*, pag.
393 ; Theophanem in *Chronograph.* p. 264 ; Nice-
phorum patriarcham, in *Brev.* p. 12 ; Anastasium
Biblioth. in *Hist. eccl.* ad annum Heraclii 16 ; et
post hos Baronium ad annum 625. Nec aliter rem
actam esse tradunt geminæ de bello Abarico nar-
rationes, quas commentarii loco post hasce meas
adnotationes adjiciam. Itaque merito totam de bar-
baris victoriam beatissimæ Virgini acceptam re-
fert Pisida. Confer hos iambos cum inscriptioni-
bus in templo Blachernarum positis, quas primus
edidit Ducangius ad Zonar. t. II, p. 65.

3. Reponerem γράφοι.

12. Sergium a sanctitate morum et doctrinæ
sæpe commendat. Vide *Hexæm.* in princ., ubi ip-
sum agricolæ evangelicæ comparat, qui mentium

B campos suæ eloquentiæ et pietatis fontibus irrigat
alitique. Ita infra, v. 531, Heraclium imp. ejusque
filios φουτουργίαν Sergii appellat, quod omnes ipse
erudiverit et Christianis moribus informaverit.

16. Causam adventus Abarum in Europam recte
indicat Pisida. Abares enim a Turcis victi, et usque
ad Istri ripas progressi, ad Justinianum primum
ac postea ad Justinum imperatores legatos mise-
runt ; qui cum illis societatem inire e re esse pu-
tarunt, quod barbaros homines nequirent in of-
ficio continere. Cum igitur omnibus sit manife-
stum Turcas montes Caucasios inter Pontum Euxi-
num et mare Caspium primitus incoluisse, patet
Abarum quoque non multo longius fuisse sedem.
Atque hinc profecto est quod ii, qui de fœdere ab
Justino minore cum Barbaris facto agunt, et Abar-
es Turcas et Turcas Hunnos vocent, nec satis
firmi in gentium appellatione videantur, quia, ut
dictum est in *Monito* ad hoc poemation, omnes
illæ feræ nationes, quæ in Europam immigrarunt,
Scytharum vel Hunnorum nomine designabantur,

Τούρκιον ἀποσχισθέντες ἀγριοὶ κλάδοι,
 Καὶ τοῖς καθ' ἡμᾶς εὐγενεστάτοις τόποις
 Παρεντεθέντες ὡσπερ ἐμφυλλίσματα,
 20 Καρπούς παρεβλάστησαν ἐν ποῖς ἡμέροις
 Φυτοῖς ὑποτρέφοντας ἀγρίαν φύσιν.
 Ἐπεὶ δὲ λοιπὸν ἐκταθεῖσα τῶν κλάδων
 Ἡ ρίζα τῆς γῆς τοὺς ὄρους ὑψήρπασεν,
 Ὅλη δὲ πολλῶν Βαρβάρων ἐγένετο.
 25 Οὐκ ἦν ἀνεκτὴ τοῖς παροίκοις ἡ βλάβη,
 Ἄλλ' ὡσπερ εἰς γῆν ἐμπεσοῦσαι λαμπάδες,

Jamjam qui tanquam viles aospades a Turcis avulsi silvestres surculi prope nostras nobilissimas regiones stabant apppositi velut contribules, (20) fructus edebant, inter domesticas plantas subnutrientes feram naturam. Cum autem penitus infixæ surculorum radix finitimam terram occupasset, et silva multorum barbarorum pullulasset, (25) non erat tolerabile vicinis damnum, sed veluti in ter-

A Ἡ φλόξ ἐκείνη τοῦ γένους ἀνημιμένη
 Τὸ τερπνὸν ἄνθος τῶν τόπων ἐδόσκατο.
 Ὅμοις ἐπισχεῖν τὴν τοσαύτην ἀγρίαν
 30 Ὁ παντογείτων Ἴστρος ἔλαυσε μόλις
 Ὡς ρευστὸν ἀντίφραγμα καὶ τεῖχος νέον.
 Τεῖχος γὰρ αὐτοῖς ἀντέθη τὰ κύματα
 Καὶ φραγμὸς ἐστὼς εἰς ἀεὶδρομον φύσιν.
 Τέως μὲν οὖν τὸ ρεῖθρον ἀγράφῳ κρίσει
 35 Τούτους μεσάζον τοὺς ὄρους ἐπήξατο·
 Ὅσπην δὲ λοιπὸν ἡ πολιτεία βλάβην

ram illapsæ faces, flamma illius gentis accensa floridam loci venustatem depascebat. Verum cohibere tantam feritatem (30) late conterminus Ister vix potuit, tanquam debile vallum et murus novus. Murus enim contra ipsos erant aquæ, et vallum in labili consistens natura. Donec tamen ipsum flumen non scripta sententia (35) quos dividebat terminos conjunxit, quantum tum denique respublica detri-

VARIÆ LECTIONES.

21 ὑποστρέφοντας P. 30 παντογείτων PV cum ed.

NOTÆ.

ne Turcis quidem exceptis : testis est enim Theophanes, qui, p. 207, sic ait : Οὐνοὶ κατ' ἐκείνο καιροῦ, οὗς Τούρκους λέγειν εἰώθαμεν, πρεσβεύουσι πρὸς Ἰουστινόν. Atque iidem sunt quos Hunnos Sabiros et Abasgos vocat Procopius, *De bello Goth.* iv, 3; Menander Protector, *De legat. Justinii*, pag. 151, Turcas; et Theophylactus Simocatta vii, 8, Sabiros et Abares appellant. Ac Evagrius quidem, cujus auctoritas plurimi facienda est, quia ejus sæculi est scriptor, Abares a Turcis divisos fuisse aperte tradit, lib. v, 1 : Ἐθνὸς δὲ Σκυθικὸν οἱ Ἀθαροὶ τῶν ἀμαξοθίων, τῶν ὑπὲρ τὸν Καύκασον τὰ ἐπέκεινα πεδία νεμομένων, οἱ τοὺς γειτνιῶντας Τούρκους πασσυδεῖ πεφευγότας, ἐπεὶ κακῶς πρὸς αὐτῶν ἐπεπόνθησαν, ἐπὶ τὸν Βόσπορον ἀφίκοντο... μέχρις οὗ τὰς ἡτόνας τοῦ Ἰστροῦ κατελιήφασιν, καὶ πρὸς Ἰουστινιανὸν ἐπρεσβεύσαντο. Evagrius similia narrat Simocatta, lib. vii, 7. Recte igitur Pisida Abares in contemptum ἀποσπάδας, *recisos*, vocat : ducta enim metaphora ab arborum amputatione, quam late prosequitur, dicit Abares esse avulsos et exactos a Turcis velut ignobiles ac inutiles ramos. Henricus Stephanus in *Thes. linguæ Gr.* ad vocem ἀποσπάς, cum animadvertisset ἀποσπάδας dici a Suida τοὺς ἀποσπασθέντας *avulsos*, ἀποσπαδόντας autem τοὺς ἀποκοπέντας, *eunuchos* sive *castratos*, recte conjecit vocem ἀποσπάς esse feminini generis, quod patet ex seq. versu 67, in quo Abares vocantur ρίζα τῆς ἀποσπάδας, scilicet *radix avulsæ virgæ*.

18. Abares a Turcis pulsi cum ad Danubium usque pervagati essent, ab Justiniano imp. contra alios barbaros populos in auxilium acciti sunt, et in Romanæ ditionis fines recepti ac donis ingentibus honorati. Rem fusius narrat Menander Protector inter *Excerpta legat.* p. 99; Theophanes, p. 145, atque ex eo Anastasius, *Hist. Eccl.* ad an. Justinii tertium. Cum autem ibi semel consedissent, non inde amplius eos ejciciendi Romanis imperatoribus fuit potestas. Corippus Africanus *De laud. Just. min.*, lib. iii, Abarum legatum multa jactantem, et munera sibi ab Justiniano dari solita repetentem inducit, legato superbe loquenti iratum respondentem Justinum. Ita sane Justinus locutus

est tum cum primum ad imperium est evectus, non dissidens se suis viribus posse Abares a Romanorum ditione expellere : sed postea ipsum quoque, quamvis invitum fœdera junxisse cum invisis Barbaris constat ex omnibus historiis.

C 25. Scilicet ad ripas Danubii constitit, ut dictum est supra v, 16.

25. Abares cum primum ad annum usque pervenissent, se eis Istrum non esse transituros juraverant, ac Romani contra se trans Istrum non ituros promiserant. Sed nulla fuit fides Barbaris; unde tot orta inter utrosque dissidia et bella, Romanis autem damna maxima illata. Franciscus Foris Otrokoesi, quem in *Monito* laudavimus, nimis sane est *Originum Ungariæ*, part. 1, cap. 5, in defendendis Hunnis, quos ut ab omni invidia liberet, Romanos fœdifragos facit, cum tamen constet nullo jure eos in alienam ditionem irrupisse, nec semel juramenta et fœdera dolo malo violasse, quod ex iis quæ sub Heraclio imp. contigerunt clarius elucet.

50. Recte παντογείτων appellatur Ister sive Danubius, qui suo cursu Romani imperii fines ad septentrionalem partem videbatur describere.

D 34. Cum Pisida bene observasset Istrum fuisse leve præsidium et propugnaculum contra Barbaros, quomodo Abares flumen transierint, mihi videtur indicare. Equidem, ut ex ejus verbis conjicio, hiemis tempore id factum esse censeo, cum Danubius gelu constringeretur. Ita sane tempore Arcadii, ad quod tempus fortasse respicit Pisida, evenisse tradit Philostorgius, lib. ii, 8 : Ὅτι τῶν Οὐντων, φησὶν, οἱ μὲν τῆς ἐντὸς Ἰστροῦ Σκυθίας τὴν πολλὴν χειρωσάμενοι καὶ διαφθεύσαντες πρότερον, ἔπειτα παγέντα τὸν ποταμὸν διαβάντες, ἀθρόως εἰς τὴν Ῥώμην εἰσπηλάσαντο, καὶ κατὰ πάσαν ἀναχυθέντες τὴν Θράκην ὅλην τὴν Εὐρώπην ἐλήψαντο. Ac similis prorsus ratio se in Europam penetrasse ipsi Abares gloriantur apud Corippum, lib. iii. Hinc Pisida, opinor, Danubium ipsum poetice reprehendit, quod ἀγράφῳ κρίσει, *contra id quod erat sanctum*, terminos quos suo alveo dividere debuisset, gelu obduratus conjunxerit, τοὺς ὄρους ἐπήξατο

Ἐκ τῶν ἀθέσμων Βαρβάρων ὑψίστατο,
 Τῶν μὲν θελόντων τοὺς πεπηγμένους ἔρους
 Ἄλ' σαλεύειν, τοῦ δὲ Ῥωμαίων κράτους
 40 Ἐβροντος αὐτοῖς τὰς καθ' ἡμῶν εἰσόδους,
 Ἐμπροσθεν ἄλλοις εὐσυνόπτως ἐγράφει,
 Ὅσοις ἔδειξε συμπάρειπων ὁ χρόνος
 Τὴν τῶν φθισάντων ἀσφαλῶς ὑποψίαν.
 Ἐγὼ δὲ τοῖς ἐναγχος ἐντυχῶν χρόνοις
 45 Αὐτοπροσώπων πραγμάτων ἐφάπτομαι,
 Ἐἴπορ τις ἡμῖν ἐνθεος δοῖη χάρις
 Τῆ τῶν τοσοῦτων πράξεων ἀμετρία
 Στολὴν παρασχεῖν τεχνικῆς εὐμετρίας.

menti ex iniquis Barbaris perpessa est ! ipsis quidem
 volentibus pactos terminos semper transilire, et
 Romanorum potentia (40) contra obsistente, ne da-
 retur ipsis ad nos aditus. Jam ante satis distincto
 scriptum est ab aliis, quibus clam præterlabens tem-
 pus concessit de rebus transactis habere indubiam
 suspicionem. Ego vero in hæc præsentia incidens
 tempora (45) res presentes, ut sunt, tractare insti-
 tuo, si quæ divina mihi largiatur gratia ut tot tan-
 tarumque rerum immensitati vestem exornem ex
 industrijs numeris.

VARIÆ LECTIONES.

49 οὖν add. P. 51 εἶχε? an cum interprete ἦρε? 57 εὐσεβοῦς P.

NOTÆ.

36. Molesti quidem Abares Romanis, quandiu
 trans Istrum sunt commorati : sæpe enim flumen
 trajicientes et per Romanas provincias excurrentes
 omnia vastabant. Cum autem eis Istrum pe-
 dem intulissent, ibique certam sedem habere cœ-
 pissent, latior eis patuit via ad res Romanorum
 affligendas. Menander in *Exc. de legat.*, P. 101,
 testatur Abares per legatos postulasse ab Justiniano,
 ἐφ' ᾧ σφᾶς περιθρήσαι γῆν, ὅποι τὸ φύλον θήσονται
 τὰς οἰκήσεις. Ac tum quidem de occupanda Sirmio
 amplissima ac celeberrima civitate, cogitasse ex eo
 apparet, quod in legatione, quam deinde ad Justinum
 miserunt, iidem petierunt ὥστε τὸ Σίρμιον οἱ ἐνδο-
 θῆναι, καὶ τὰ συνήθη χρήματα, ἃ Κουτρίγουροι καὶ
 Οὐτρίγουροι πρὸς Ἰουστινιανοῦ ἐκομίζοντο βασιλείᾳς,
 οἷα δὴ αὐτοῦ ἄμφω τὸ φύλον τούτω κατεχόντος,
ibid. p. 154. Certe Justinus, quoad potuit, obstitit :
 sed sub Tiberio tandem τὸ Σίρμιον τὸ ἄστυ ἐν
 χερσὶν ἐγεγόνει τῶν Οὐννων· προῆλθον αἱ σπονδαί·
 αἱ δὲ συνθήκαι ἐπονεΐδιστοι Ῥωμαίοις. Menander, *D*
ibid. p. 117. Propterea Pisida exclamat ὄσην δὲ λοι-
 πὸν, etc. Abares enim non contentos Istrum traje-
 cisse, ultra Savum etiam superstructo ponte vaga-
 tos esse liquet ex eodem auctore, p. 128.

38. Omnes post Justinianum imperatores, videlicet
 Justinus, Tiberius, Mauricius, Phocas et Hera-
 clius, conati sunt trans Istrum Abares com-
 pellere, sed frustra, quod viribus impares essent
 ad reprimendos Barbaros, præsertim cum uno co-
 demque tempore eis esset dimicandum contra Per-
 sas, a quibus vexabantur ; unde non semel ad
 incitas redacti Abarum opem implorare coacti
 sunt.

41. Historici, quos tacitus laudat Pisida, quod
 ante se de rebus cum Barbaris gestis scripserint,
 certe sunt Dexippus Atheniensis, Eunapius Sardia-
 nus. Priscus Penita rhetor, Menander Protector,
 Procopius Casariensis, Agathias Myrinensis schola-
 sticus, Theophylactus Simocatta, aliique, quorum

A Μόλις μὲν οὖν ἐσθεστο τῆς τυραννίδος
 50 Ὁ δυσκάθεκτος καὶ βιωφθόρος δράκων,
 Ὃς ἤγε πολλοὺς εἰς τὸ βλάπτειν αὐχένος
 Ἦδρας ἐκαίνης τῆς λαλουμένης πλέον,
 Ὅ? μέχρι νῦν σπαίρουσι καὶ τετμημένοι
 Φύουσι αὖθις· οἱ γὰρ ἰχῶρες πάλιν
 55 Στάζοντες ὠδίνουσι τὴν κοινὴν βλάβην,
 Καὶ ταῦτα πολλῶν πολλακίς τετμημένων
 Ἐκ τοῦ παρ' ἡμῖν εὐσεβοῦς Ἡρακλέους.
 Ὅμως δὲ ταύτην τὴν ἀφορμὴν ἡ νόσος
 Ἦ τῶν καθ' ἡμᾶς προσλαβοῦσα πραγμάτων
 60 Πολλάς ἐποίησε τῶν μερῶν διαιρέσεις,

Vixdum quidem extinctus erat tyrannidis (50)
 ille indomitus et vite corruptor draco, qui multa
 extollebat ad nocendum capita, hydra illa, ut vo-
 catur, tristior ; cum ea quæ palpitare videbantur
 vel exsecta rursus enascuntur (ichores enim ite-
 rum (55) stillantes pariunt commune damnum),
 quamvis multa, nec semel, ex ipsis excidisset no-
 stri pietas religiosi Heraclii. Tamen hanc ipsam
 nacta occasionem infirmitas, quæ nostrarum erat
 potita rerum, (60) multas formabat partium divi-
 siones ; cumque civium sanguinem contaminasset,

C opera aut integra aut mutilata reperiuntur in cor-
 pore *Hist. Byzantinæ*.

49. Abarum origine et bellorum causa inter Bar-
 baros et Romanos indicata, quæ mala Abares ipsi
 Heraclio imp., qui Phocæ successit, comparaverint,
 enarrare aggreditur.

50. Phocam quocunque contumeliæ et probrorum
 genere affectum passim invenies in scriptoribus
 Byzantinis. Theophanes, p. 242, de ejus electione
 sic ait : Ἀναγορεύεται τὸ κακὸν, καὶ Κύριος τῶν
 σκήπτρων ὁ τύραννος προχειρίζεται, καὶ κρατεῖ τῆς
 εὐδαιμονίας ἢ συμφορᾶς, καὶ λαμβάνει τὴν ἐναρξιν τὰ
 μεγάλα τῶν Ῥωμαίων ἀτυχήματα. Hinc Pisida eum
 hydræ comparat. Vide *Heracliad. acroas.* n. 5 et
 seqq.

54. Alios post alios dicit, ut puto, esse generatos
 Abares, ut nunquam defecerit Barbarorum natio, sed
 in Romanorum perniciem semper exereverit. Ex
 ichore autem eos natos dicit, tanquam ut vilissi-
 mum genus traducat. Ἰχὼρ enim quamvis Homero,
Iliad. v. 540, sit sanguis, οἷός περ τε ῥέει μακά-
 ρεσσι θεοῖσιν, at medicis est quidam vitiosus hu-
 mor, et ut plurimum pus et sanies ; quod patet ex
 Galeni *Comment. secundo in lib. vi Epidem.* p. 424,
 qui Hippocratis cum Platonis sententia circa icho-
 ris malignam qualitatem conciliat. Igitur Pisida
 Abares ex sanie et tabifico quodam humore genera-
 tos facit, ut quid pestilens et morbidum eos esse
 demonstret.

57. Nullus ex scriptoribus Byzantinis prodidit
 memoriæ Heraclium sæpius contra Abares pugnas-
 se : omnes enim bis tantum eo imperante Barbaros
 urbem Cpolim invadere aggressos esse tradiderunt ;
 de quo gemino bello agit etiam Pisida in hoc poe-
 mate. Verum jam ante Heraclium multoties cum
 Barbaris dimicasse eosque fregisse nos hic admo-
 net Pisida.

59. Summam rerum confusionem, in qua tunc
 erat res Romana, breviter describit. Hinc enim

Καὶ τοῖς ἑαυτοῖς ἀίμασι πεφυρμένον
 Ὀλον τὸ σῶμα τοῖς πόνοις ἐθύσκετο.
 Ἐντεῦθεν ἡμᾶς, ὡς μέλισσαι, Βάρβαροι
 Κύκλω περισφίξαντες, ἐμπίδων δίκην,
 65 Σπουδὴν μὲν εἶχον πᾶσαν ἐξᾶραι πόλιν,
 Πρώτην δὲ τὴν ἀνθοῦσαν ὡς πρώτην πόλιν.
 Ἔως μὲν οὖν ἡ ῥίζα τῆς ἀποσπάδος
 Ἐν τοῖς ἐφαρπαγεῖσι τῶν Σκυθῶν τόποις
 Τὸ τοῦ γέροντος ἐθρασεύετο θράσος,
 70 Ἄχθας μὲν εἶχεν ἐξ ἀνάγκης ἡ πόλις,
 Ἄλλ' ἦν τὸ λυποῦν τῷ δοκεῖν ὠρισμένον.
 Κουφίζεται γὰρ καὶ τὸ τῆς βλάβης βᾶρος,
 Εἰ μέτρον οἶδεν ἐν κακοῖς ὠρισμένον.
 Οὕτω μὲν οὖν τὸ τακτὸν εἶχομεν βᾶρος,
 75 Ἔως τὸ γῆρας τῷ Σκυθῆ παρεκράτει.
 Ἐπεὶ δὲ τὸν χοῦν ἀντεπῆρεν ἡ κόνις,

totum corpus ærumnis conficiebat. Hinc nos, ut apes, Barbari gyro circumvallantes, culicem more, (65) in animo habebant omnes urbes evertere; ac primo urbem, quæ ut prima magis florebat. Quandiu igitur radix illa apospadum inter usurpata a Scythis loca senis est ausa ostentare audaciam, (70) incommodum ferre fuit coacta civitas, sed erat dolor, ut videbatur, definitus: levatur enim etiam damni pondus, si quis modum noverit malis esse constitutum. Ita igitur dimensum erat nostrum incommodum, (75) usquodum senio Scythæ succumberet. Verum postquam ad humum conversa est pulvis et ad domum sepulturæ profecta

Α Καὶ πρὸς τὴν οἶκον τῆς πατρὸς ὠδοιπόρει,
 Τὴν γῆν ὑφέλικων ἐξ ἐκείνης εἴλατο,
 Μετῆλθεν αὖθις εἰς τὸν ἀγρίων βίον
 80 Τῆς ὠμότητος τοῦ πεσόντος ὁ κλάδος.
 Παλινοδρομεῖν γὰρ οἶδεν Εὐρίπου δίκην
 Εἰς τοὺς ἀγωγοὺς τοὺς ἑαυτῆς ἢ φύσις,
 Εἰ καὶ τις αὐτὴν ἐκ βίας ἐναντίας
 Ποιεῖν ἑαυτῇ τὴν ῥοὴν ἀναγκάσει.
 85 Ἐντεῦθεν ἡμῖν ποῖος ἀρκέσει λόγος
 Ἡ νεῦρα φωνῆς ἢ δεκάγλωσσον στόμα,
 Δι' οὗ φράσαιμι τὸ ξενόσπορον τέρας,
 Τὸ τοῦ γέροντος δυσκάρηκτον ἔγγονον,
 Ἡ τὸν κεραυνὸν, ἢ τὸν ἐμψυχὸν σάλον,
 90 Ὡ γλῶσσα μὲν πρόσεστι συγκεκομμένη,
 Καὶ πνεῦμα πικρὸν, καὶ πεφυρμένος λόγος,
 Β Καὶ χεῖρες εἰκῆ ψηλαφῶσαι τὸ εἶφος

est, qui terram occupavit ab ipsa est occupatus. Ac tum rursus rediit ad agrestem vitam, (80) et feritatem induit excisi recens virgulum: recurrere enim novit, instar Euripi, in suum proprium alveum natura, quamvis quis illam ex vi contraria adversus se ipsam fluere compellat. (85) Proinde quinam mihi sufficiat sermo aut vocis intentio aut os decem linguarum, quo narrem ex peregrino semine monstrum, senis indomitum genus? Dicamne fulmen aut animatam procellam, (90) cui lingua est blesæ et ferox spiritus, et mistus sermo, et manus temere contrectantes gladium, et animus exsultans recordatione ebrietatis?

VARIÆ LECTIONES.

61 ἑαυτῆς? *ibid.* πεφυρμένως P., πεφυρμένος ed. 64 ἐλπίδων P. 66 πρώτην P. πρώτα ed. 78 αὐτὴν γῆν ἢ ὑφέλικων?

NOTÆ.

Barbari, inde Persæ cladem et exitium Romanis minabantur. Totæ autem civitas factionum studiis divisa, quæ scelerum auctorem et ducem habuerat Phocam, mutuis cædibus et flagitiis vacabat. Οἱ μὲν Πέρσαι, ait Theophanes, p. 248, ἐξῶ τῆς πόλεως ἐτυράνουν Ῥωμαίους, ὁ δὲ Φωκᾶς ἐνδὸν τὰ χεῖρονα αὐτοῖς ἐποίει φονεῦων καὶ ἀλχμαλιωτίζων. At Pisida videtur indicare Cpolitianos cum Barbaris amicitiae vel consanguinitatis legibus fuisse conjunctos atque permistos.

61. De factionibus Veneta et Prasina, ad quas hic certe alludit poeta, a sibi erit opportunior locus dicendi. Vide *Heracliad.* acroas. II, 54 et seqq.

65. Cum ex amplissimo suo statu concidisse ac tot externis et intestinis morbis laborare Romanam rempublicam Barbari cognovissent, de ea perden-da cogitarunt.

67. Vide supra, v. 16.

68. Alludit ad varias diversarum gentium in Europam irruptiones, de quibus vide supra in *Monito*, ubi observatum est omnes Barbaros originis Scythicæ fuisse. Abares autem Gepidas et Longobardos, qui primi Istrum trajecerant et in Pannonia constituerant, in fugam vertisse et loca ab illis occupata sibi reliquisse, testis est Alexander *De legat.* p. 114.

69. Τοῦ γέροντος, videlicet *Scythæ*. Quippe jam ab anno 15 imperii Valentis Hunnos vel Scythas in Thraciam usque pervasisse dictum est in *Monito*, ac luculentè demonstrat Marcellinus, xxxi, 2. Infra, v. 88 τοῦ γέροντος ἔγγονον.

78. Sensus, opinor, hic est: Spes nobis inerat Abarum mortem, qui sub Justiniano imp. nostras regiones occupaverant, nostris malis finem esse allaturam: sed τὴν γῆν ὑφέλικων ἐξ ἐκείνης εἴλατο, qui mortuo successit, mortui naturam induit. Immitte sævumque parentum ingenium traductum est in filios, qui æque ac illi Barbari et crudeles detecti sunt. *Mali enim corvi*, ut est in proverbio, *malum ovum.*

85. Simile illud Poratii epist. 1, 10, 24: *Naturam expellas, etc.*

86. Cf. Homerus, *Iliad.* II, 488.

87. Abarum genus ex adductis causis, quod ex Scythia prosiluerint, *ξενόσπορον τέρας* appellat. Fortasse ad formæ facilitatem alludit, de qua sic Ammianus Marcellinus, p. 616: *Hunni spadonibus similes, compactis omnes firmisque membris et opimis cervicibus, prodigiosæ formæ et pauci, ut bipedes existimes bestias, vel quales in commarginandis pontibus effigiatæ stipites dolantur incompte.* Ac de eorum origine idem auctor, p. 618, sic ait: *Nullusque apud eos interrogatus respondere unde oritur potest, alibi conceptus, natusque procul, et longius educatus.*

88. Vide v. 69.

89. Barbarorum multitudinem et feritatem notat, de quibus consulendi auctores in *Monito* laudati. Sed præstat legere Ammianum Marcellinum, qui suam narrationem sic exorditur: *Hunnavum gens, monumentis veteribus leviter nota,.... omnem modum feritatis excedit.*

- Καὶ θυμὸς ἄττων εἰς ἀνάμνησιν μέθης ;
 Ποῖον γὰρ ἔργον ἢ φιλόπλουτον χάριν,
 95 Πίστιν δὲ ποῖαν καὶ λόγου καὶ πράγματος,
 Ὅ πάντα πράττων συμφερόντως δεσπότης
 Παρῆκεν ἢ μεθῆκεν εἰς ὑπερθέσεις,
 Θέλων μαλάξαι τὴν ἀσύνητον φύσιν
 Σχέσει λογισμῶν, δωρεῶν ὑποσχέσει,
 100 Πειθοῖ τὰ πρῶτα καὶ λόγῳ τὰ δεύτερα ;
 Ποῖαν δὲ γλώσσης οὐκ ἐκίνησε λύραν
 Ἐκ τῆς ἑαυτοῦ μουσικῆς ἡρμωμένην,
 Ἥ πείθεται μὲν πολλάκις τὰ θηρία,
 Πρῶνεται δὲ καὶ τὸ δημῶδες θράτος,
 105 Ὅ μυρίων τις εὐπορήσας Ὀρφείων
 Οὐκ ἂν μαλάξοι· καὶ γὰρ ἐργωδέστερον
 Ἀνθρώπων εἶξαι τοῦ μαλάξαι θηρία.

Esquod enim officium aut quæ munera, (95) quamque fidem et dicto et facto præstitam, omnia utiliter disponens despota omisit aut neglexit, ut traheret moras, studens emollire fœdifragam naturam vi rationis et donorum promissione, (100) suasionem primum, et deinde scripto? quam autem linguæ non movit lyram ex sua musica scientia temperatam, quæ persæpe suadet etiam feras demulcetque etiam popularem audaciam, (105) quam qui sexcentis instructus Orpheis nequeat lenire: quippe est difficilior homines domare quam lenire feras. Interea vinebat maligni iudicio Bar-

- A Ὅμως ἐνίκα τῇ κρίσει τοῦ χείρονος
 Ὁ βάρβαρος νοῦς τὴν κακὴν νίκην ἔχων·
 110 Ὁ μὲν γὰρ αὐτοῦ τὰς μελανθείσας φρένας
 Ἔργων φιλέθρων ἐκκαθαίρειν ἠξίου,
 Ὁ δ' αὖ γε διπλοῖς Αἰθίοψ ἐγένετο.
 Ἐπεὶ δὲ λοιπὸν ὡς ἀλιόπηξ τοὺς δόλους
 Ὑπῆλθεν ἐνδὺς τὴν κακὴν ἀπιστίαν,
 115 Ἐξω μὲν βῆεν ὡς πρὸς εἰρήνην πλάσας,
 Ἔσω δὲ λυτῶν ὥστε κλέψαι τὴν μάχην,
 Καὶ πρὸς τὸ τεῖχος ἦλθεν ὡς εἰς συμβάσεις,
 Τέχναις ἐνόρκους συγκαλύψαι τὸν δόλον,
 Καὶ τῷ μὲν εὐτρέπιστο τόξα καὶ μάχην,
 120 Ἥμῖν δὲ διῶρα καὶ πρὸς εἰρήνην λόγοι,
 Μετῆλθεν ἡμᾶς οὐχ ὁ βάρβαρος δόλος
 Ἄλλ' ἢ καθ' ἡμᾶς συγγενῆς ἀμαρτία.

Barus iniquam victoriam reportans. (110) Nam ille quidem hujus nigram mentem a factis criminosis purgare satagebat: at hic contra duplex Æthiops fiebat. Ubi vero tandem, veluti vulpes dolos penitus induit, ascivitque malam fidem, (115) extra quidem vultu quasi ad pacem composito, intus autem furens, ut belli dolos absconderet, ad moenia accessit veluti ad firmanda fœdera, clam edito juramento de celanda fallacia. Quippe illi erant in promptu arma et bellum, (120) nobis contra dona et pacifici sermones. Oppressit nos non Barbarum dolus, sed quod nobis erat insitum peccatum.

VARIÆ LECTIONES.

97 παρῆδεν P. 102 ἑαυτῷ codices et ed. 103 τὰ, καὶ P. 110 μελανθείας codices et ed.

NOTÆ.

93. Franciscus Foris Otrokoesi, c. 4, p. 124, in suis Hunnis commendandis semper diligens et studiosus Attike convivium, de quo Priscus in *Excerpt. legat.*, p. 67, cum Assueri convivio non dubitat comparare. Exinde autem Scytharum temperantiam immodicis effert laudibus; verum meminisse eum oportebat dici solitum de iis qui intemperantius vino indulgent, σκυθοπειῖν.

94. Primam Abarum Heraclio regnante contra Cypolim irruptionem narrare aggreditur. Plura de hac re in *Chronico paschali*, p. 389; in Theophane, p. 252; in Nicephoro, *Comp. Hist.*, p. 9; ac post eos in Cedreno, p. 408; et in Baronio, ad finem anni Christi 618: ex omnibus hæc auctoribus satis liquet hoc primum bellum Abaricum, vel potius depredatoriam incursionem, actam esse, cum adhuc Heraclius in urbe versaretur, ac anno prorsus imperii illius 9 et Christi 619, quamvis Pagius, cum dissidentes inter se cognovisset auctorem *Chronici paschalis* et Theophanem, in annum 621 id rejiciendum putaverit. Sed dubium sustulerunt Petavius in notis ad Nicephorum et Mansius in notis ad Baronium. Φιλόπλουτος χάριν annua non modo tributa pendere Abaribus non neglexisse Heraclium, sed etiam munera misisse videtur hic asserere Pisida: unde ridendus venit superius memoratus Otrokoesi, qui cum qua ratione ab hac perfidia contra Heraclium suos Hunnos defenderet, non invenisset, ait, p. 219, eos *ideo motos fuisse, quod viderent se diu quiescentes contemni et posthaberi a Romanis, tributoque ex pactione debito defraudari*. At Pisida contra affirmat nihil intentatum reliquisse Heraclium, ut eorum fœdifragam naturam emolliret; quod sane mihi est etiam probabilius ad creden-

dum, eo quod ipse imperator de bello contra Persas movendo tantummodo sollicitus esset.

99. Abarum fraus manifesto evincitur. Heraclius enim σχέσει λογισμῶν adhibitis primum legationibus, καὶ δωρεῶν ὑποσχέσει, et deinde promissis donis firmam cum Abaribus pacem inire contendit, atque id non verbis tantum sed etiam scripto sancitum est. Hoc enim puto significare ea verba πειθοῖ τὰ πρῶτα καὶ λόγῳ τὰ δεύτερα. Vere igitur sibi societate conjunctos eos habere studuit Heraclius. Quid quod hæc fœdera ipso Abarum rege Chagano flagitante ieta sunt? rem narrat Nicephorus, p. 9.

105. Cf. Horat. *Art. poet.*, 390.

108. Alludit ad iudicem iniquitatis, de quo Luc. xviii. Anastasius Simaita, quest. 149, diabolum cum esse dicit: Deus enim contra iudex justus, fortis et longanimis, etc., ac diabolus quidem apud SS. Patres sæpe πονηρὸς audit.

110. Legerem μελανθίς, quod nomen deduxit Pisida a planta melanthio, sive nigella, de qua Dioscorides, iii, 93, et Theophrastus vii 9: melanthii quippe semen nigerrimum est.

112. Vide Erasmus *Adag.* p. 169; *Æthiops non albescit*.

113. Merito fraudulentum et vere diabolicum Abarum ingenium exagitat Pisida: nunquam enim turpius fides violata est. Rem pete ex laudato Nicephoro, ibid.; cui consonant auctor *Chronici paschalis*, et Theophanes.

121. Imperita quædam manus δόλος in δόλωσ con-vertit in codice, quasi vox Βάρβαρος sit generis substantivi, quæ tamen sæpius occurrit pro adjectivo usurpata, ut v. 109.

- Ὅμως τὰ πολλὰ τοῦ πάθους σιγητέον·
 Λυπεῖν γὰρ οἶδε καὶ λαλούμενον πάθος.
 125 Ἄλλ' εἶμι λοιπὸν πρὸς τὰ τῆς νεωτέρας
 Μάχης τρόπαια, καὶ πάλιν δὲ συμμάχου
 Τῆς σῆς προσευχῆς εὐποροῦντες οἱ λόγοι,
 Ὡς πρὸς συνήθη καὶ φιλεῦδιον πόρον,
 Ἄγουσι πρὸς σὲ τὴν λαλοῦσαν ὀλκάδα,
 130 Ὡ πάντα πράττων ὥστε μὴ στεῖράν ποτε
 Ψυχὴν παρελθεῖν, ἀλλὰ σπεύρων ἀεὶ,
 Καὶ τεκνοποιῶν τῷ Θεῷ καθ' ἡμέραν,
 Καὶ παρθελεύων, καὶ πλεον μῆτηρ μένων·
 Μάλιστα γὰρ νῦν πάντας ὠδίνεις μόνος,
 135 Καὶ πᾶσά σοι γῆ, σπαργανοῦται καὶ πόλις,
 Ταύτης δι' ὑμῶν ἐκ Θεοῦ σεσωσμένης.
 Χαῖρε, στρατηγὲ πρακτικῆς ἀγρυπνίας·
 Σὺ μὲν γὰρ ἐστὼς ἐξ ἐτοίμου καρδίας
 Μηδὲν λαλῶν ἔφραζες, ἡ δὲ σὴ στάσις
 140 Πτώσις κατ' ἐχθρῶν εὐθέως ἐγένετο.
 Χαῖρε, στρατηγὲ τῶν ἐνόπλων δακρύων,
 Τῶν πυρπολούντων τὸ θράσος τὸ βάρβαρον·
 Ὅσον γὰρ ἀπλοῖς τὰς ῥοὰς τῶν ὀμμάτων,
 Τοσοῦτον εἴργεις τὰς ῥοὰς τῶν αἱμάτων.

Verum, ut plurimum, præstat tacere mala : nam est molesta etiam malorum recordatio.

(125). Age vero jam progredior ad recentis belli tropæa. Rursus ex commilitante tua prece uberes facti mei sermones tanquam ad consuetum et tranquillum portum, ad te compellunt eloquii navigium. (130) O præstans omnia, ut qui nunquam sterilem animam linquis, sed fecundas jugiter, et filios procreas Deo quotidie, et Virgo perstans sis mater fecundior. Nunc enim vere omnes tu solus parturis, (135) et omnis a te terra et urbs fasciis involvitur, hac una urbe per te a Deo servata. Salve, dux in agendis efficax excubiis : tu enim stans contra ex intrepido corde, ore obmutescens, loquebaris : tua vero statio (140) clades in hostes repente facta est. Salve dux, armatis militans lacrymis, quæ barbaricam frangunt audaciam : quo eum magis dilatata fluxus oculorum, eo magis coerces

- A 145 Ὅρῶν γὰρ ἡμῶν τοὺς ἀκανθώδεις ῥύπους
 Ἐκ τῆς ἀκάρπου τῶν κακῶν κακουργίας
 Πρὸς καῦσιν ἤδη καὶ φθορὰν ἠπειγμένους,
 Φθάνεις τὸ πῦρ μὲν ὡς πρὸς ὕλην ἠμμένον,
 Πρὸς δ' αὖ τὰ δένδρα τὴν τομὴν τοθειμένον,
 150 Πηγὰς δὲ τῶν σῶν ἐξάνοιξας ὀμμάτων
 Ἄρδεις τὰ χέρσα καὶ ἔρρασιζεις τὴν φλόγα.
 Καὶ τὰς ἀκάρπους καρδίας μετειργάσω
 Καρποὺς ἐνεγκεῖν ἐξ ἐπομβρίας ξένης.
 Ἥδεις γὰρ, ἤδεις, ὡς γεωργῶν τὰς φρένας,
 155 Ὡς οὐκ ἐνεστιν ἐμφορῆσαι καρδίαν,
 Εἰ μὴ καθαρῶν πρῶτον ἀμπέλου δίκην,
 Ἐπειτα πυκνὸν ἐκχέσι τὸ δάκρυον,
 Οὕτω τε λοιπὸν ἐγκαλοῖ τοὺς ὀμφακας.
 Πλὴν οὐδὲ ταύτης ἐντελής ἀκαρπία,
 B 160 Ἔως ὁ βλαστὸς προσλαβὼν τὸν ἥλιον,
 Καὶ μηδὲν ὀμὸν εὐρεθῆ τῆς ἀμπέλου.
 Ἦμᾶς δὲ τῆς σῆς πίστῶς ἡ θερμότης,
 Καὶ πρὶν γενέσθαι τοὺς συνήθεις ὀμφακας,
 Καρποὺς ἐνεγκεῖν ὀρίμους ἠνάγκασε
 165 Θέλω δὲ τούτων τὰς ἀφορμὰς τῶν λόγων
 Ὡς τὴν ἐναγχος ἱστορῆσαι σοι μάχην.

fluxus sanguinum. (145) Nam videns nostri cordis sentes sordidas ob infructiferam peccatorum nequitiam ad corruptionem combustionemque adactas, ignem prævertis jam ad silvam accensum, et velut ad arbores succisas positum : (150) fontibus vero tuorum adaperitis oculorum, quod aridum est irrigas, et irroras flammam. Atque ita fecisti, ut infructifera corda fructus efferrent vi peregrinæ pluvie. Optime enim nosti, tanquam mentium agricola, (155) quemadmodum nil valeat cor producere, nisi mundetur prius instar vitis, tum largas effundat lacrymas, atque ita tandem emittat racemos. At vitis interea prorsus sterilis manet, (160) usque dum germen suscepit solem, nihilque crudi remanserit in vite. Nos autem tuæ fidei fervor, priusquam etiam sucti pullularent omphaces, fructus efferre maturos coegit.

(165) Equidem velim rerum hujusmodi rationes,

VARIÆ LECTIONES.

151 εἰσαεῖ; 154 ἤδεις γὰρ ed. 155 εὐφορῆσαι? 158 ἐκκαλοῖ? an. ἐκβάλλοι? 159 ταύτις P. *ibid.* imo εὐκαρπία. 160 προσλάβῃ?

NOTÆ.

122. Scelera et flagitia quibus tunc temporis obreuebantur Cpolitani tacitus carpit. Porro Cedrenus, quam essent civium omnium perditii mores, satis ostendit narrans, p. 407, sanctum quemdam monachum, Phoca imperante, a Deo quæsisse cur tam impium Christianis imperatorem dedisset, vocemque sibi respondentem audivisse : Ὅτι χεῖρονα τούτου οὐχ εἶδρον πρὸς τὴν κακίαν τῶν νῦν κατοικούντων ἐν τῇ πόλει. Vide *Heracliad.* II, 85.

125. Paucis expeditus a primæ Abaricæ fraudis narratione ad secundam latius exponendam progreditur. Hoc est enim vere bellum Abaricum, de quo agere in hoc poematio intelligit poeta.

127. Sergii patriarchæ precibus factum est ut Deipara Virgine intercedente placaretur divina ju-

D stitia et Cpolitani de Barbaris victoriam referrent. Propterea tot laudes hic congestæ ad pietatem ejusdem Sergii efferendam, quem Pisida ut belli ducem et heroem salutat.

130. Confer hos iambos cum Hexaem. v. 39.

136. Sæpe in Pisida ὑμῶν pro σοῦ.

139. Similia in Hexaemero de eodem Sergio, v. 1881.

143. Vide Hexaem. v. 1888.

145. Spinarum sordes sunt peccata. Alludit ad parabolam de zizaniis, Matth. XIII, 40.

147. Cf. Joan. xv, 6.

149. Cf. Luc. XIII, 7.

154. Legerem ἤδη vel certe ἤδεις. Quæ sequuntur, secundum Apostolum I Cor. III, dicta sunt.

Ἄλλ' ἐξ ἐναύλου τοῦ φόβου συστέλλομαι,
 Καὶ μηδὲν εἰπεῖν ὡς Οὐλῶ βιάζομαι.
 Ὅμιος ὁ πάντων εἰκονογράφος λόγος
 170 Καὶ ταῦτα μέτροις τεχνικοῖς συναρμόσοι.
 Ω; παντὸς ἔργου πρακτικὸς καλλιγράφος.
 Ἦ μὲν ζάλη σφύζουσα τῶν ἐνζίντιων
 Ἐκῆλθεν ἡμῖν, ὡς ἄμετρα κύματα,
 Τὴν ψάμμον ἐκπτύσασα τὴν τῶν Βαρβάρων.
 175 Τὸ γὰρ κακὸν φύσημα τῆς Θράκης ὕλης
 Χαιμῶνα πολλῶν ἐκ νεφῶν συνηγμένον
 Ἦγειρεν ἡμῖν ἐξ ἀνάγκης ἐν θέρει.
 Ἐπεὶ δὲ λοιπὸν πλησίον τῆς ὀκάδος
 Τῆς σῆς προῆλθεν ἡ ζέσις τοῦ πνεύματος
 180 Καὶ πανταχοῦ κίνδυνος ἦν ἤρτημένος
 (Πᾶν γὰρ τὸ κύκλον τοῦ σκάφους ἐβάπτετο),
 Λύτης παρστάς τοῖς ἐπιπλωταῖς ὄλοις.
 Ἄνω τε ποῖων ἐκτενῶς τὸν αὐχένα,
 Πᾶσι παρήνεις ὥστε τῆς ἀμαρτίας
 185 Ἄχρηστον ὄντα μὴ παρέλκειν τὸν στόλον,
 Ἄλλ' ἐκβάλεῖν ἕκαστον ἐκ τῆς καρδίας

requæ ac peractum nuper describere bellum; sed recenti adhuc horrore deterreor, et ad dicendum, ut vellem, animus deficit. Attamen quarumcumque rerum pictor sermo (170) hæc etiam industriis concinnabit modulis, ut rerum omnium scriptor peritus.

Horrida quidem ingruens inimicorum tempestas nos super incubuit, velut unda immensa, eructans Barbarorum arenam: (175) malignus enim ventus ab universa Thracia ex multis nubibus conflata temetem in nos violenter concitavit æstatis tempore. Ubi vero tandem in navim propius tuam irrupit venti violentia, (180) atque undique paratum erat periculum (totus enim ambitus navis iam iergebatur), tu statim astans adnavigantibus omnibus, sursumque extollens alacriter caput, omnes hortabaris ne si quis ob peccata (185) esset incommodus,

A Τὰ τῶν περιτῶν φορτίων βαρήματα,
 Μὴ πως κατασπασθεῖσα τῷ θείῳ βάρει
 Ἡ κοσμικὴ ναῦς ζημιώσῃ τὸν βίον.
 190 Καὶ ταῦτα πράττων εἰς ἀϋπνοὺς ἡμέρας
 (Καὶ πᾶσα γὰρ νύξ ἔργον εἶχεν ἡμέρα;)·
 Μόνος τοσοῦτον ἡγγιωμένον νέφος
 Εἰς τὴν κατ' αὐτοῦ συντριβὴν ὑποστρέφεις.
 Οὐκ ἦν γὰρ ἀπλῆ, καὶ μονήρης ἡ μάχη,
 195 Ἄλλ' εἰς πολυσχεδῆς τε καὶ πολυπλόκου
 Ἄρχῃς ἀπεσκίρτησε συμπεφυρμένη.
 Σιλάβας γὰρ Οὐνω καὶ Σκύθης τῷ Βουλγάρῳ
 Λύθεις τε Μήδος συμφρονήσας τῷ Σκύθῃ,
 Γλωσσῶν ἔχοντες καὶ τόπων μερίσματα,
 200 Καὶ χωρὶς ὄντες καὶ μακρὰν συνηγμένοι,
 Μίαν καθ' ἡμῶν ἀντεκίνησαν μάχην,
 B Καὶ τὴν ἐαυτῶν ἡξίουσαν ἀπιστίαν
 Ἐχρῖεν καθ' ἡμῶν πίστιν ἡκριθωμένην.
 Ἐνθεν μὲν οὖν ἐβραζεν ἡ Σκυλότροφος
 205 Σκύλλα σφοδρῶς ζέσασα, τῆς δὲ Περσίδος
 Ἐκείθεν ἡ Χάρυβδις ἀντίχει μέγα.

retardaret classem, sed inausquisque a corde proijceret supervacanei ponderis sarcinas, ne deturbata gravi Dei iudicio mundialis navis subiret vitæ periculum. (190) Hisce occupatus per integros insomnes dies (totâ enim nocte operi vacabas diei), solus tam effleratum turbinem in tuam propriam convertis sollicitudinem. Non enim unum erat simplexque bellum, (195) sed in multum diversas et varie commistas gentes late diffusum ac promiscuum. Nam Stilabus cum Hauno, Scythia, linguas habentes singuli et regiones divisas, (200) longe inter se dissiti et a longe uniti, unum contra nos moverant bellum; suamque ipsorum volebant infidelitatem haberi a nobis loco fidei perspectissimæ. Hinc igitur æstuabat Scytharum altrix (205) Scylla vehementer furens, et Persidis inde Charybdis obstrepebat valide. Hos inter autem me-

VARIÆ LECTIONES.

174 ἐκπτύουσα ed. 176 συνηγμένον ed. 180 ἤρτυμένος. P. 181 κύκλω? 182 παριστάς codices et ed.

NOTÆ.

167. Ἐναυλος certe est recens, quasi adhuc insomnis auribus. Testem habeo Suidam, qui ait: Οὐ πρὸ πολλοῦ μνημονεύομενον, ἔτι ἐνηχοῦμενον. Idem Suidas hanc explicationem confirmat exemplo Pisdæ, quod videsis inter fragmenta v. 87; sed eadem vox in eodem sensu usurpata occurrit, *De exped.* II, 152.

171. Scite orationem καλλιγράφον vocat: ille enim perfectus est orator, qui de quacumque re, quam sibi exornandum sumit, novit dicere ornate et apposite. Vide Ciceronem, lib. I *De invent.* et lib. I *De orator.* Cæterum de calligraphis et tachygraphis, a varia scribendi elegantia et peritia sic dictis, a quibus mutuatur Pisdæ metaphoram, videndus Montfauconius, *Palæogr. Gr.* p. 35. Confer *De exped.* I, 60.

172. Quæ sequuntur usque ad v. 215, allegorice dicta sunt. Barbarorum hostiles conatus sunt turbines et procellæ, navis jactata ventis et tempestatihus est Cypolis; nautæ sunt cives; navis gubernator est Sergius.

174. Ita v. 89 Abarum gentem ἐμφυχῶν στόλον appellavit.

D 175. Omnes Barbari, qui circa Thraciam conserderant, simul cum Abaribus conspirantes vires suas contulerunt, ut magis sæviam horridamque tempestatem contra urbem principem conflarent. Qui fuerint Barbari, vide infra v. 157.

176. Recte ἐνθέρει. Cf. *Chron. paschale* (col. 1006).

187. S. Basilius, tom. II, p. 168, peccatorem monet ὡς ἔτι καιρὸς, πρὶν ἐλθεῖν εἰς τελείαν ἀπίθειαν, ἀποθέσθαι τῶν φορτίων τὰ πλείονα, καὶ πρὶν ὑποβρύχιον γενέσθαι τὸ σκάφος, ἐκβολὴν ποιησάσθαι τῶν ἀγωγίμων ἢ μὴ δεόντως συνέλεξε.

197. Βουλγάρῳ. Ita in codice, quamvis infra v. 409 Βουλγάρους. In designandis nominibus Barbarorum, qui una cum Abaribus Cypolim invadere aggressi sunt, parum dissentiunt scriptores. Selaves nominat *Chronicon paschale* et Nicephorus, Cedrenus, p. 415 Selavinos et Gepidas enumerat, quos a Chosroa contra Heracliam inmissos ait.

205. Scite, ut duplex periculum demonstrat, Scyllam vocat Barbaros, et Charybdim Persas, qui uno

Μέσος δὲ τούτων οὐ πλανήτης, ὡς πάλαι,
 Ὁ τῶν δόλων ἐκείνος ἦν βουλευφόρος,
 Ἄλλ' αὐτὸς ἔλκων ἀπλανῆ τὴν Ὀρθίαν
 210 Καὶ λευκά τείνων τῶν λογισμῶν ἰστία
 Τῇ κοσμοαγωγῷ συνδιέπλεις ἄλκᾶδι.
 Καὶ ταῦτα μὲν δὴ πρὸς τὰ τῆς θαλασσίας
 Ὀρμῆς, τὰ θεῖα δεικνύειν τεχνάσματα
 Ἐπεὶ δὲ λοιπὸν, ὡσπερ οἱ μῦθοι πάλαι
 215 Τοὺς γηγενεῖς πλάττουσι τοὺς ψευδοσπόρους,
 Τῆς γῆς ὁ πυθμὴν Βαρβάρους ἀνέπλασε,
 Καὶ πρὸς τὰ τείχη τῆς Φιλοξένου πύλης
 Πλήθη προσῆλθεν, ὡσπερ ἦν εἰκασμένα,
 Ὀκτὼ συναθροίζοντα μυριαρχίας,
 220 Παρῆν δὲ σάλπιγξ καὶ βέλη καὶ φάσγανα,

dius non pererrans, ut jamdiu, fraudum stabat ille
 consiliarius. Tu vero alliciens non errantem Or-
 thiam, (210) et candida extendens cogitationum
 vela, præternavigasti cum mundifera navi. Atque
 hæc quidem ita gesta contra marini furoris vim di-
 vinum portendunt ingenium. Cum jam igitur, ut
 veteres fabule (215) terra genitos fingunt filios men-
 dacii, rursus ex imo tellus produxisset Barbaros,
 et ad muros Hospitalis portæ maxima accessisset
 turba, ut esse diceres octo simul collectas myriar-
 chias, (220) erat videre tubas et tela et gladios,

Λ Πῦρ καὶ χελῶναι καὶ διάττοντες λίθοι.
 Νόθων τε πύργων μηχαναὶ καὶ συνθέσεις,
 Καὶ πᾶσιν ἦν ἄπιστος ἡ σωτηρία,
 Ὅσον παρ' ἡμῖν, αὐτὸς εἶχες ἐλπίδα
 225 Σφίγγουσαν ἱμῶν τὴν ἐπὶ σφραίρας τύχην.
 Ἐγὼ δὲ ταῦτα συγκαλύψαι σοι θέλων
 (Οὐκ ἠγνόουν γὰρ ὡς λαθεῖν καὶ νῦν θέλεις)
 Σιγᾶν ἐμελλον· ἀλλ' ὁ νοῦς ἠρυθρία
 Κλέψαι τοσοῦτοις εἰσορῶν συνειδότης.
 230 Οὐκοῦν ἀνάσχοι· δυσχερὲς γὰρ εἰκότως
 Κοινὴν καλύψαι καὶ λαθεῖν ὑποψίαν.
 Εἶχες γὰρ, εἶχες συμφρονοῦσαν Παρθένον,
 Ἦ σοὶ τὸ μέλλον τοῦ σκοποῦ προῖστόρει.
 Ταύτην συνασπίζουσαν ἐξ ἔθους ἔχων

β ignem testudinesque et jaculatorios lapides, et fal-
 sacum turrium machinas et compagines; ac tanta
 jam erat omnibus salutis desperatio, quanta tibi
 spes pro nobis inerat, (225) quod firmo staret pede
 nostra fortuna.

Atque hæc ego, tua gratia celare cupidus (scie-
 bam enim te velle etiam nunc ea latere) eram ta-
 citurus: sed mens erubuit ea suffurari quorum
 videt esse alios conscios. (230) Igitur da veniam.
 Est enim certe difficile omnium evadere et fallere
 sagacitatem. Habuisti enim, habuisti conspirantem

VARIE LECTIONES.

224 ὄσων.

NOTÆ.

eodemque tempore ac simili prorsus consilio ex di-
 versa parte in perniciem urbis conjuraverant, ut
 narrat Nicephorus: Ὡσπερ ἀναμεισάμενοι ἐκά-
 τεροι τὸν θρησκικὸν Βόσπρον, Πέρσαι μὲν τοὺς τῆς
 Ἀσιατικῆς μοίρας καθήρουν, Ἄθαιοι δὲ τὸν ἐπὶ
 Θράκης διέφθειρον χώρον. Vide *Heracliad.* II, 74.

207. Cf. I Petr. v, 8.

209. Ὀρθία. Lunæ vel Dianæ Arcadicæ cogno-
 men. Deiparam Virginem intelligit, quam Sergius,
 ut mox patebit, habuit in bello adjutricem præstan-
 tissimam. Eam ἀπλανῆ non erraticam vel non falla-
 cem vocat ut diabolo τῷ πλανήτῃ erranti vel sedu-
 ctori opponat. Dicit Sergium ἔλκειν præcisus Vir-
 ginem, ut poete quondam dicebant magos suis in-
 cantationibus de cælo evocare lunam. Virg. *Ecl.*
 VII, 69.

213. Plurimum tribuit Pisida vi orationum Sergii
 in retundendis Barbarorum conatibus. Historici sæ-
 pius laudati nam illud testantur, a Virgine Deipa-
 ra urbem fuisse conservatam. At Sergius supplica-
 tiones publicas jussit, et primum beatissimæ Vir-
 ginis, deinde Jesu Christi Servatoris nostri imagi-
 nem manu tenens, populo universo comitante ma-
 nia urbis obiit; id confirmant geminæ de bello
 Abarico narrationes, quas hisce adnotationibus sub-
 jicere opere prelium duximus (*) Hæc sunt igitur τὰ
 θεῖα τεχνάσματα, quæ commendat Pisida. Primam
 sane supplicationem cum Virginis Deiparæ iconē fa-
 ctam indigitat, ac propterea nuper dixit ἔλκων ἀπλα-
 νῆ τὴν Ὀρθίαν.

215. Poetæ dixerunt gigantes esse filios Telluris.
 Ovid. *Fast.* v, 35. Pisida confirmat sententiam eo-
 rum qui gigantes dictos putant quasi γηγενεῖς;

(*) Subjecit Quercius, cum hymno Acahisto, qui post ur-
 bem Avarum obsidione liberatam ab Ecclesia Græca cep-
 tus est cani, et lectionem ejus quo canitur dici et δι-
 γησιν ὠφελίμων ἐκ παλαιᾶς ἱστορίας συλλεγεῖσθαι καὶ ἀνά-
 κτησιν ἀληθῶσαν τοῦ παραδόξως γενομένου θαύματος, ἣν ἵκα
 Πέρσαι καὶ Βάρβαροι τὴν βασιλίδα ταύτην πόλιν περιεκύκλω-

C quod etymon approbat Orpheus his versibus: Οὗς
 καλέουσι γίγαντας ἐπώνυμον ἐν μακάρεσσιν, οὐνεκα
 γῆς ἐγένοντο καὶ αἵματος οὐρανίου. Vocem ψευδο-
 σπόρους *filios mendacii* vertimus, eo quod nonnullis
 gigantes ex dæmonum cum mulieribus concubitu
 fuisse procreatos, sumpto ex sacra historia argu-
 mento, placuit asserere. Verum si quis malit inter-
 pretari *fabulosos* aut *falsæ originis*, non me habe-
 bit repugnantem.

216. Vide supra v, 76.

217. Porta Hospitalis, quam nominat Pisida, non
 recensetur in *Cpoli Christ.* inter urbis portas. Veri-
 simile videtur eam existisse vel inter vel prope por-
 tas quæ Polyandri et S. Romani dictæ sunt: nam
Chronicon paschale, p. 719, circa ea loca Barbaros
 suas machinas eduxisse narrat. Fortasse etiam
 porta Hospitalis a porta Polyandri nihil differt,
 quæ ab hominum concurrentium multitudine πο-
 λύανδρος est appellata.

D 219. Μυριαρχία est decem millium præfectura.
 Itaque si Pisidam audis, octoginta millium numero
 Barbari adorti sunt Cpolim.

222. νόθους πύργους vocat machinas ligneas.
 Nicephorus, p. 42: Πύργοι δὲ ἦσαν ξύλινοι καὶ
 χελῶναι τὰ κατασκευάσματα.

225. Certa tibi spes inesi fore ut suo in orbe
 consistat manens fortuna, nec nobis terga vertat.
 Vide *De vanit. vita*, v, 15 et seqq.

227. De eodem Sergio orante similia in *Hexaem.*
 v, 1889.

251. Ὑποψίαν videtur fere eodem sensu usur-
 pare ac ἀποψίαν, ut supra, v, 43.

σαν, οἱ δὲ ἀπάλοντο θείας δίκης πειραθέντες, ἡ δὲ πόλις ἀσινῆς
 παρατηρηθεῖσα προσθελαίης τῆς Θεοτόκου ἐτρησίου ἐκ τότε ἀδει
 εὐχαριστήριον, ἀκάθιστον τὴν ἡμέραν κατονομάζουσα. Sed
 hymnus et lectio in libris ritualibus Græcorum leguntur;
 narrationem edidit Combefisius, *Histor. Monathel.* p. 894.
 Cf. Greiser. in *Ge. Codinum*, observat 5, 7.

- 235 Ἄντεσπρρατῆγεις ἐξ ἄλλου καρδίας
 Τῶς ἀντιτέχνους τῶν ἀγώνων ὀργάνους.
 Τῆξον γὰρ εἶχες τοῦ Θεοῦ τὴν ἐλπίδα
 Τομώτερον τρέχουσιν ἀστραπῆς τάχους,
 Πύργους δὲ πίστιν καὶ βέλη τὰ δάκρυα
- 240 Καὶ πῦρ τὸ Πνεῦμα· καὶ χελώνας εἰργάσω
 Γόνου προκλίνας καὶ καθεὶς τὸν ἀύχένα·
 Καὶ τοὺς στεναγμοὺς ἀντιπέμπων ὡς λίθους
 Τοὺς πετροπομποὺς ἐστρεφες τῶν Βαρβάρων.
 Καὶ ταῦτα μὲν δὴ μικρὸν ὕστερον πάλιν
- 245 Εἶχε κατ' ἐχθρῶν ἐμφανέστερον πέραι.
 Οὐ μὴν παρεῖδεν ἡ τομωτάτη φύσις
 Ἄπων παρῆλαι τοῖς πόνουσι ὁ δεσπότης,
 Ἄλλ' εἰς τοσοῦτον ἐγγύς ἦν τῶν φροντίδων
 Ὅσον μεταξὺ τῶν τόπων ἀφίστατο.
- 250 Ἦδη γὰρ εἶχε τρεῖς ἐτῶν περιδρόμους
 Καταστρατηγῶν τῆς ἀθέσμου Περσίδος
 Ἐκδοὺς τε τὸν νοῦν εἰς ἀμηχάνους τόνους·
 Ὅν οὔτε χειμῶν καυστικὴν ἔχων ζέσει
 Ἐπεισε δοῦναι τοῖς ἀγῶσιν ἀργίαν,

- A 255 Οὐδ' αὖγε μητρὸς ἐξελεύρωσε πόθος
 Μικρὰν παρασχεῖν τοῦ χρόνου προθεσμίαν·
 Οὐδ' ἀντανεῖλεν αὐτὴν ἐμφυτος βία
 Τέκνων τοσαύτων, οὐδὲ σώματος μάχη
 Κουφισμὸν εὐρεῖν ἀξιοῦσα τῶν πόνων.
- 260 Ἄλλ' ἀναπαύστως ἐν μέσῳ τῶν Βαρβάρων,
 Ὡς εἰς ἀκάνθας ἐμπεπλεγμένον ῥόδον,
 Καὶ πρὶν δι' ἡμᾶς Περσικὴν κινῶν μάχην,
 Πάλιν δι' ἡμᾶς ψυχικὴν εἶχε μάχην·
 Καὶ ταῖς ἐπ' ἄμφω προσβολαῖς ἐσφιγμένος,
- 265 Ἄφαίς τὸν ἐγγύς, εἶχε τὸν μακρὸν πόνον.
 Ἐντεῦθεν ἡμᾶς τῆ φορᾷ τῶν γραμμάτων
 Ὑπεξᾶνῆπτεν, οἷα πῦρ ἀναγκάσον
 Ἀργούσαν ὕλην ἐκπυροῦσθαι πρὸς φλόγα,
 Πυκνῶς κελεύων ἀσφαλεῖς μὲν τὰς βάσεις
- 270 Τὰς πρὸς τὸ τεῖχος εὐτρεπίζειν, ὡς ἔδει,
 Κτίζειν δὲ πύργων ἐκφορὰς ὑπαιθρίους,
 Φραγμοὺς τε ποιεῖν, καὶ πεπηγμένους πάλους
 Προσαντιβάλλειν, καὶ πλέκειν τεῖχος νέον,
 Πολλάς τε ποιεῖν τοξοτῶν τε καὶ λίθων
- B

Virginem, quæ tibi quod erat futurum præmonstrabat. Hanc tecum habens de more belli sociam (235), ex tua pugnosti non terreno corde cum instrumentis iis similibus artis bellicæ. Tibi enim erat pro telo in Deum fiducia, citius currens fulgore veloci; pro turri fides, pro jaculis lacrymæ, (240) pro igne spiritus; testudines vero fecisti inclinans genua et deprimens cervicem; suspiria vero emittens, veluti fundas, saxa jacientes Barbaros evertisti.

Atque hæc quidem non multo post iterum, (245) quid in hostes possint, clarius comprobatum exitu. At non sane neglexit acerrimo suo ingenio vel absens adesse laboribus despota. Sed tantum prope aderat sollicitis rebus, quantum intervallo aberat a locis. (250) Jam enim trium annorum circulum compleverat in militando contra nefandam Persidem, in id incumbens invicta animi contentione. Illum

neque hiems urentem ferens spiritum suasit unquam ut cessaret a præliis, (255) nec matris unquam frogit desiderium, ut citius præstituto die rediret. Non illum dimovit insita vis amoris erga tales filios, neque corporis conflictatio levamen dare consulens laboribus. (260) Sed medios inter quiescens Barbaros, veluti rosa circumimplexa spinis, qui jam pro nobis Persicum moverat bellum, alterum pro nobis spiritu gessit bellum, et duplici utrinque constrictus periculo (265), præsens dimisit, curam habuit de remoto. Exinde suis ille missis litteris nos succendit, ut ignis, qui cogit arida ligna statim flammam concipere: non semel mandans ut ascensus securi (270) ad mœnia appareatur, sicuti est necesse, turresque ædificentur exportandæ, et valla fiant, et compacti pali contra sistantur, et muniatur murus novus. Multæ vero fiant ad ro-

VARIÆ LECTIONES.

274 πλοκάς P.

NOTÆ.

236. Confer sequentes versus cum iambis Hexæm. 1902.

243. Πετροπομπούς, funditores, a πέτρα et πέμπω.

245. Exitum auspiciatissimum obtinuisse proceres Sergii demonstrat poeta v. 566.

246. Heraclium in Perside commorantem et cum Chrosroa dimicantem de bello Abarico curam suscepisse, solus prodit Pisida.

250. Concordant Theophanes et Nicephorus cum nostro in hujusce belli Abarici epocha designanda. Omnes enim id contigisse testantur anno 16 Heraclii. Heraclius autem profectus est in Asiam anno imperii sui 12, mense Martio secundum Theophanem, vel Aprili secundum *Chronicon paschale*. At bellum Abaricum mense Julio tribus post annis actum est: itaque si a profectioe Heraclii ex urbe tempus supputes, recte dixisse Pisidam invenies, qui annos tres jam exegisse imperatorem in Perside affirmat.

255. Hiemem urentem ὑπερβολικῶς dicit, ut ad zonam usque mediam sive torridam, quam ex nimio calore inhabitabilem putarunt veteres, penetrasse

Heraclium significet; id quod apertius exprimit in *Heracliad.* 1, 156.

255. Mater Heraclii, teste Theophane, p. 250, vocabatur Epiphania. Ea Cpoli degebat, cum filius Heraclius primum ex Africa Byzantium venit, ut Phocam tyrannum regno exturbaret. Phoca vero matrem cum Eudoxia uxore Heraclii in imperiali monasterio Novæ Pœnitentiæ diligenter asservandas inclusit. Nihilominus multis adhuc annis Epiphaniam vixisse nos monet Pisida. Similes versus legere est in *Heracliad.* 1, 165 et *De exped.* III, 126.

258. Plures jam filios ex Eudocia primum ac deinde ex Martina suscepit Heraclius, cum in Orientem profectus est, quos tamen Cpoli remansisse prodit *Chronicon pasch.* (col. 1002).

266. De hisce litteris nulla mentio apud cæteros historicos.

275. Inter muros urbis fuit qui Murus Novus dicebatur. Eundem esse ac Theodosiacum, quia a Theodosio Juniore anno 415 extractus est et postea pluries instauratus, suadet *Chronicon paschale*, (col. 1006) narrans in adventu Chagani equites pedi-

- 275 Ταχυδρομούσας μηχανάς καὶ συνθέσεις,
 Καὶ τὰς ἐνόπλους εὐτρεπίζειν ὀλκάδας,
 Ἄς καὶ πρὸ πολλοῦ συγκροτῶν οὐκ ἡμέλει.
 Οὐ γὰρ πρόσωπον μὴ θέλων ἰδεῖν μάχης,
 Ἐτοιμον εἶχεν ἐξ ἀνάγκης τὴν μάχην,
 280 Στρατοῦ τε πλῆθος ἐξαπέστειλε φθάσας,
 Καὶ τῆς κατ' αὐτῶν ἀσφαλείας ἡμέλει,
 Μόνην νομίζων ἀσφαλῆ σωτηρίαν,
 Εἴπερ τὸ κινδὸν εὐρεθῆ σιωπημένον·
 Σχεδὸν τε πάσας τὰς ἑαυτοῦ φροντίδας
 285 Εἰς τὰς δι' ἡμᾶς ἀντανῆρει φροντίδας,
 Κίνδυνον ὡσπερ ψυχικὴν δοκῶν ἔχειν,
 Εἰ μὴ δι' ἡμᾶς πάντα κίνδυνον πάθοι.
 Οὕτως ἕκαστα καὶ κελεύων καὶ γράφων
 Προϊσθόρει μὲν τῷ λόγῳ τὰ πράγματα,
 290 Ἐξωγράφει δὲ μὴ παρῶν τὰ τῆς μάχης,
 Τάττων στρατηγῶν μηχανουργῶν ἐγγράφως
 Τῇ τῶν λογισμῶν τεχνικῇ λεπτοουργίᾳ.
 Οὐ μὴν παρημελεῖτο τὰ προστάγματα,
 Ἄλλ' ἦν τὸ γράμμα πρᾶγμα πεπληρωμένον,

tando tela et saxa (275) versatiles machinæ mollesque, armatæque aptentur naves, quas ille jamdiu expediri curaverat. Faciem quippe non volens videre belli præsentem habuit belli necessitatem. (280) Et militum copiam misit opportune, de sua ipsius securitate non multum sollicitus, unam ratus esse certam salutem, si rerum summa nihil detrimenti pateretur, et omnes fere suas sollicitudines (285) in unam nostrum sollicitudinem converteret. Periculum quasi animæ judicans habere, nisi pro nobis omne subeat periculum. Sic ille singulatim omnia mandans ei scribens sermone quidem præmonstrabat opera. (290) Depingebat autem, quamvis absens, res bellicas, disponens, imperans, machinas præscribens mira ingenii subtilitate et peritia.

Neque parvi facta sunt mandata : sed quod fuit scriptum, impletum est opere, (295) omnibus ala-

- A 295 Πάντων προθύμως καὶ πολιτῶν καὶ ξένων,
 Καὶ τῶν ἐν ἀρχαῖς καὶ μεγίσταις ἀξίαις,
 Ὑποδραμόντων τοὺς ἐκουσίους πόνους.
 Ἔδει γὰρ, οἶμαι, τὸν τοσοῦτον δεσπότην
 Ἐχεῖν τοσοῦτους εἰς ἀνάγκην οἰκέτας,
 300 Οἱ τὰς κελεύσεις τῶν σοφῶν βουλευμάτων
 Μάθοντες ἔργα τοὺς λόγους ἐδείκνυον.
 Οὕτως ἀεικίνητος ὢν ὁ δεσπότης
 Τάχει λογισμῶν καὶ φρενῶν ἀπληστία
 Πόρρωθεν ἐγγὺς τῇ πόλει παρίστατο,
 305 Καὶ ταῖς μερίμναις πανταχοῦ συνῆν μόνος,
 Ὡς εἰς λογισμὸς ἀντὶ πάντων ἀρκέσας.
 Ὅμως τὸ πλῆθος τῶν πόνων σου, δεσποτα,
 Εἰς καιρὸν ἡμῖν εὐθετον τηρητέον,
 Ἐν ᾧ παρούσης τῆς γαλήνης ἐν μέσῳ
 B 310 Εὐκαιρὸς ὁ πλοῦς τῆς ἀδύσσου τῶν λόγων.
 Ἐπεὶ δὲ φρικτὴν ἢ περίστασις φίλον
 Εἶχε βλέπουσα τῆς μάχης τὰ κύματα,
 Ἔδοξε τοῖς ἀρχουσι ταῖς ὑπηκόοις
 Καὶ τῷ μαγίστρῳ τῶν ἐνόπλων ταγμάτων
 315 (Ἄει γὰρ ὑμῖν εἰς τὸ πᾶν συνημμένοι

riter cum civibus tum exteris, necnon iis qui prima et maxima obibant munera, accurrentibus ad labores ultroneos. Oportebat enim, opinor, talem dominum tales habere in necessitate famulos, (300) qui sapientum consiliorum mandatis vix cognitis, jussa factis comprobarent.

Sic irrequietum se gerens despota consilii promptitudine mentisque immensitate vel a longe prope ad urbem stabat; (305) et sua providentia ubicunque aderat solus, tanquam una cogitatio sufficiens pro omnibus. Cæterum tuorum copia laborum, despota, ad tempus est mihi accommodatius reservanda, quando pace apparente in medium (310) fiet secunda navigatio per mare eloquentiæ.

Cum igitur horrendus undique timor instaret rebus ob præsentem belli fluctus, visum est ducibus inferioribus necnon magistro armatorum ordinum (315) (semper enim tibi illi ad omnia conjuncti

VARIE LECTIONES.

281 αὐτὸν? 298 τοσοῦτων P.

NOTÆ.

tesque ἐνδὸν γενέσθαι τοῦ νέου Θεοδοσιακοῦ τείχους τοῦ ταύτης τῆς βασιλίδος πόλεως. Vide plura in *Cppli Christ.* lib. 1, p. 40. Sed forsitan hæc intelligi possunt de muro ab Heraclio ad Blachernas instructo, ut contra Barbaros esset templi munimen : nam in eodem Chronico paschali : Τῷ τε' ἔτει βασιλείας Ἡρακλείου ἐκτίσθη τὸ τεῖχος ἐξωθεν τῶν Βλαχερνῶν. Πλέκειν τεῖχην esse opinor ita *munire* ut hostilium tormentorum machinarumque ictus retundi possint.

278. Heraclius quamvis a matre et civibus multum sollicite revocatus, ut urbis periculo succurreret, noluit e Perside proficisci, ne Chosroa vires resumeret. Idem confirmat Pisida *Heracliad.* 1, 165.

280. Ex Chronico paschali colligimus ad urbis defensionem reperta fuisse, cum Chaganus de ea vastanda cogitaret, equitum duodecim millia.

281. Κατ' αὐτῶν puto dictum pro κατ' αὐτοῦ, ut sæpe ὑμᾶς pro σέ, cum Pisida loquitur de Heraclio.

295. Consonant hæc cum iis quæ leguntur in

narratione de bello Abarico edita a Combefisio.

D 298. Codex habet τοσοῦτων, sed super ω appositum est ο.

301. Mandata tam studiose perficiebant, ut executio imperatis ad amissim responderet.

308. Id præstitit in poematis *De exped. Heraclii*, et in *Heracliade*.

313. Ἀρχοντας ὑπηκόους, Sergio subjectos ejusque parentes dicto, appellat militares duces, propterea quod ipsum Sergium primas inter omnes tenuisse, tanquam verum belli imperatorem demonstrat.

314. Μαγίστρος idem ac ἡγεμὼν τῶν τάξεων. De hac voce et dignitate vide Dufresne, *Gloss. Græcit.* Magister militum in urbe tunc erat Bonus sive Bonosus, vir patricius et illustris. Nimirum Heraclius in Persidem iturus urbem regiam Sergio et Bono commendaverat; testis Theophanes, p. 254

315. En ut clarius omnes a Sergii natu pendentes faciat. Neque enim dubito Pisidam, cum dicat ὑμῖν et deinceps σοί, loqui de Sergio.

Τὰ κοινὰ σὺν σοὶ τῶν πόνων ἐφάστασαν,
 Καθ' ἡμέραν τρέχοντες ὡς ὄδοιπόροι,
 Καὶ συμπάρντες τῇ πολυπλόκῳ μάχῃ
 Ὅπλοις λογισμῶν, τακτικαῖς ἀγρυπνίαις,
 320 Καίτοιγε ταῦτα μὴ πονοῦντες ἐξ ἔτους,
 Ὅπερ μάλιστα τοὺς πόνους ποιεῖ πόνους
 Παρ' οἷς τὸ μοχθεῖν εἰς μάχην οὐ γίνεται) —
 Ὅμως ἔδοξεν ὥστε πρῆς τοὺς Βαρβάρους
 Ἄνδρας σταλῆναι παντὸς ἔργου καὶ λόγου
 325 Πολλὴν ἀποστάζοντα; εὐαρμοσίαν,
 Προσαγγελοῦντας ὥστε λῦσαι τὴν μάχην
 Πέρας τε κοινῶν συντεθῆναι φροντίδιον.
 Τούτων παρ' ἡμῖν τακτικῶς κινουμένων,
 Τὸ Περσικὸν φρύαγμα σὺν δόλῳ πάλιν
 330 Στέλλουσι κλεπτὰς τῆς θαλάσσης ἀγγέλους,
 Σπεύδοντας ὡπερ ἠκονημένον ξίφος
 Θῆγειν καθ' ἡμῶν τὸ ξίφος τὸ βάρβαρον.
 Ἐπεὶ δὲ συνδραμόντες ἐξ ἀδηλίας
 Ἐκείθεν ἐνθεν οἱ σταλέοντες ἀγγελοὶ
 335 Εἰς ἓν μέρος συνῆλθον ἐκ τόπων δύο,
 Ὁ Βάρβαρος μὲν, ὡς ὁμοῦ δεδεγμένος
 Πρέσβεις τοσοῦτους καὶ πρὸς ἕγκον ἤρμενος,

communes tecum labores ferebant, quotidie simul
 currentes tanquam comites, unaque astantes multi-
 pliciter bello armis consiliorum et militaribus vigiliis;
 (320) nec tamen fracti laboris assiduitate quæ
 maxime facit ut labores sint iis labores, quibus
 obdurescere in bello non obtigit), æque visum est
 omnibus ut ad Barbaros viri mitterentur præ-
 stantes opere, et sermone, (325) qui multam ef-
 fundentes ore suavitate nuntium afferrent de
 bello dissolvendo et sine imponendo communibus
 caris.

His rite apud nos deliberatis Persæ feroces frau-
 dulenter contra (330) mittunt furtivos per mare
 nuntios in id intentos ut acutum ferrum in nos
 acquerent, ferrum barbaricum. Jam vero concur-
 rentes ex occulto hinc et inde missi nuntii (335) in
 unam partem convenerunt ex locis duobus. Barba-

Α Συνῆψεν ἄμφω· τοῦτο δὲ δόξης χάριν,
 Τὸ δ' αὖ γε πλεῖστον ἐκφοβεῖν ἡμῶν θέλιον.
 340 Ὁ Περσικὸς γὰρ ἐξανῆπτεν οἰκέτης
 Τὸν θυμὸν, ὡς πῦρ ἐκ πυρὸς, τοῦ Βαρβάρου
 Καὶ χιλοῦς μὲν συμμάχους ὑπέσχετο,
 Ἡμᾶς δὲ θεινοῖς ἐξεφαύλισε λόγοις,
 Συνέστραφέ τε συλλαβῶν τῷ Βαρβάρῳ
 345 Γνώμας ἐνόπλους καὶ τεθηγμένους λόγους.
 Τούτοις ὑπαχθεῖς τοῖς λόγοις ἐτέρπετο
 Ὁ τῶν Σκυθῶν τύραννος, ἡ πρώτη βλάβη.
 Ὅμως ὁ πάντων ἀσφαλῆς ζυγοστάτης
 Καὶ τοῦτον αὐτὸν τὸν σκοπὸν παρ' ἐλπίδας
 350 Εἰς τὴν κατ' αὐτοῦ συμφορὰν ἀντιστρέφει.
 Δέον γὰρ αὐτὸν συγκαλύψαι τὸν δόλον
 Σιγῇ τε κρύψαι τοὺς λαθόντας ἀγγέλους
 Β Ποιεῖ τὸ κρυπτὸν ἐμφανές, καὶ γίνεται
 Σύμβουλος ἐχθρὸς καὶ κατήγορος φίλος.
 355 Ἐπεὶ γὰρ ἤλθον οἱ καλῶς ἐσταλμένοι,
 Ἀμήχανον μὲν τὸν πρὸς εἰρήνην λόγον
 Φῆσαντες εἶναι τὸν σκοπὸν τοῦ Βαρβάρου,
 Τὸν Περσικὸν δὲ μὴ διαδράσαι δόλον,
 Φυλάττεται μὲν τῆς θαλάσσης ἡ θύρα

rus quidem, eo quod simul excepisset tales legatos,
 in superbiam elatus conjunxit utrosque ostentationis
 causa, tum quia nos magis exterrere vellet. (340)
 Persicus enim incendit servus animum, velut ignis
 ignem, Barbari, siquidem mille auxiliares obtulit.
 Nos vero horrendis contempsit dictis, inque nos
 contorsit syllabis barbaricis (345) voces armatas et
 pungentia convicia. Hisce illectus sermonibus de-
 lectabatur Scyltharum tyrannus, prima labes.

At vero, qui res omnes recte lance ponderat, hoc
 ipsum consilium præter spem (350) in illius calami-
 tatem convertit. Oportebat enim ut ille celaret do-
 los, tacensque absconderet clam missos nuntios.
 Sed occultum facit manifestum; unde fit consiliarius
 hostis et accusator amicus. (355) Postquam enim
 rediere bene missi nuntii, ut nullo pacto ageretur
 de pace, dixerunt esse mentem Barbari, ac Persa-

VARIAE LECTIONES.

314 συνέστραψε codices et ed. 356 ἀπ τῶν — λόγων?

NOTÆ.

321. Videtur imitatus illud Sophoclis in *Ajace* D
Flagell. v. 878: Πόνος πόνῳ πόνον φέρει.

325. Bonus magister militum non semel hor-
 tatus est Chaganum ut, donis et tributis ac-
 ceptis, ab urbe obsidenda desisteret. *Chronicon pas-
 chale* (col. 1010).

324. Qui fuerint legati, quisve legationis exitus,
 vide *Chron.* ibid.

329. Chosroa ut Heraclium pluribus bellis dis-
 tentum facilius frangeret, eo anno suas copias di-
 visit, ac, ut ait Theophanes, p. 265, τὸν Σάρβαρον
 κατὰ Κιόλεως ἀπέστειλεν, qui imita cum Hunnis
 societate urbem vastaret. Hic igitur Sárbarus eum
 Chrysopolim, hodie *Scutari*, venisset, nuntios
 ad Chaganum misit, qui eum de suo adventu cer-
 tiorem facerent et auxiliares copias ei promit-
 terent.

345. Οἰκέτην vocat Persarum legatum, ad ori-
 ginem regni Persici animum intendens, ut quam
 ille esset despiciendus cum Cpolitianis legatis com-
 paratus demonstraret.

359. Θαλάσσης ἡ θύρα *Bospori fauces*. Cpoli-
 tani sinum Ceratinum tum portum Byzantii catena
 ferrea occludere solebant, cum necessitas postula-
 ret ut hostes illuc ingredi prohiberentur, ut videre
 est in *Cpoli Christ.* lib. 1, c. 6 et 7. Diligenter
 id curatum fuisse videtur insinuare Pisida, ut
 Persarum legati ad Chaganum missi in reditu
 deprehenderentur; quod obtigit feliciter. Proinde
 opinor Pisida dicit τὰς εἰσόδους κλεῖσασθαι. Nobis
 certe non probatur, quod ea de re tradit auctor
Chronici paschalis, qui casu factum putat ut iidem
 legati redeuntes interciperentur.

- 360 Τῆς εἰσόδου κλείσασα ταῖς θειξόδους,
 Ἀλλίσκεται δὲ συντόμως τὰ κλέμματα,
 Καὶ νυκτὸς ἔργον φῶς ἀνέσχειν ἡμέρας.
 Κοινὸν γὰρ εἶχον πένθος ἐξ ἑνὸς τρόπου
 Τὸ Περσικὸν τε καὶ τὸ βάρβαρον γένος.
- 365 Τοὺς ἀνταμειβοὺς προσδοκῶντες ἀγγέλους.
 Ἐπεὶ δὲ λοιπὴν τῆς μάχης ἡ κυρία
 Πρὸς τὴν κρίσιν συνῆλθε τὴν θεόγραφον,
 Πάλιν σὺ κάμνεις· οὐ γὰρ ἀσκόπως φιλία;
 Τῆς κοινότητος ἐντολεὺς κατεστάθης.
- 370 Λαθῶν δὲ θάπτον τὸν συνήγορον λόγον,
 Καὶ πρὸς τὸ τεῖχος ἐκδραμῶν τὸ τῆς δίκης,
 Γραφὴν κατ' αὐτῶν ἀσφαλῶς προεξέθου
 Τὸ φρικτὸν εἶδος τῆς γραφῆς τῆς ἀγράφου
 Ταύτην τις, οἶμαι, τὴν διάγνωσιν βλέπων
- 375 Φῆσει δόλῳ σε τὸν κριτὴν ὑφαρπάσαι·
 Δείξας γὰρ αὐτὸν τοῖς ἐναντίοις ὄλοις
 Ἀντιπρόσωπον ἐξανέστησας φόβου,
 Καὶ τῶν ἐλέγχων μηδέπω παρηγμένων

rum detectam esse fraudem. Tum quidem custoditur maris ostium, (560) vetans ne pateret egressis introitus. Deprehenduntur vero statim fraudes, et noctis opus patefecit lux diei. Æque enim erat sollicitum ex una causa Persarumque et Barbarorum genus (565) in mutuis expectandis nuntiis.

Postquam vero tandem belli domina ad sententiam convenit cœlitus scriptam, tu rursus allaboras: non enim improvido consilio rerum summam assidens gubernasti. (570) Statimque accepto patrono verbo, et muro ascenso, ubi agebatur actio, picturam in ipsos firmiter objecisti, terribilem illam speciem picture non pietæ. Hanc quis, opinor, judicacionem spectans (575) dicat te dolo judicem subornasse. Ubi enim ipsum palam hostibus ostendisti, talem excitasse timorem ut faciem averterent;

361. Ne quid desideres quod ad rei perspicuitatem conferat, lege *Chron. paschale* (col. 1012).

367. Jure Deiparam belli dominam appellat, quæ omnium scriptorum consensione visa est cœlitus adesse, ut litem inter Abares et Cpolitianos dirimeret. Plura hic occurrunt quæ ad fori rationem et usum dicta sunt, cum his conferenda quæ leguntur in *Historia Fori Rom.* a Francisco Poletto post Brodeum confecta inter *Supplem. Thesaur. Antiq.* Joan. Poleni, vol. I, p. 528: nimirum Pisida bellum Abaricum scite ut causam considerat. Controversia est, cedendane sit urbs Abaribus; locus actionis est ad iuœnia urbis; advocatus pro Cpolitianis est Sergius, iudex Deus, patronus verbum; quæ sententiam a Deo scriptam pronuntiat et confirmat, est Deipara.

369. Ἐντολεὺς ab ἐντέλλομαι, qui quid factu sit opus decernit, ejus vocis nullum, quod sciam, est exemplum.

370. Alludit ad secundam supplicationem, qua indicta Sergius desuper muros urbis Servatoris nostri Jesu Christi imaginem circumtulit. Vide v. 215.

375. Celeberrimam iconem ἀχειροποίητον, Camulianensem a Camulio Cappadociæ civitate nuncupatam, indicat poeta, de qua disertissime Gretserus in libro *De imag. non manu factis*, c. 15.

- A Κομφευτὸς αὐτοῖς ἡ δίκη καθίστατο.
 380 Ὡς εὖγε σοι γένοιτο τοῦ καλοῦ δόλου·
 Κρίνας γὰρ ἐν σοὶ, καὶ διαγνοὺς τὴν φύσιν,
 Ὡς μητρὸς οὐδὲν παιδὶ συμπαθέστερον,
 Τὴν τοῦ Δικαστοῦ Μητέρα προσηγάγου
 Οἴκτω δαήσει δακρύοις ἀσιτίξ.
- 385 Καὶ τῆ δόσει δὲ τῶν βέοντων χρημάτων·
 Ἐκεῖθεν ἔνθεν πολλὰ δοῦς καὶ σκορπίσας,
 Πείθεις ἐκείνην πρῶτον· ἡ δὲ συντόμως
 Πείθει τὸ τέκνον, καὶ σχεδὸν πρὸ τῆς δίκης
 Νικῶσαν ἡμῖν ἐξεφώνησας κρίσιν.
- 390 Ὅμως ἐπειδὴ τοῖς ἀγῶσι τῆς μάχης
 Προσαντιττείνειν ἤξιλον οἱ Βάρβαροι,
 Πυρὸς μὲν ἔργον ἀφρόνως ἐγένετο
 Πᾶς ὁ πρὸ τείχους ὠραῖσμένος τόπος.
 Ἢ φλόξ δὲ καπνίζουσα τὸν καινὸν ζόφον
- B
 395 Ἐκ τῆς ὁμίχλης τῆς ξένης ἐκρύπτετο.
 Τοῖς δ' αὖγε Πέρσαις ἐστρατευμένοις πέραν,
 Ὡς δὴ καθ' ἡμῶν ἔργον εἶχεν ἡ μάχη,

et argumentis nondum productis scite est in ipsos multa constituta. (580) Quam bene tibi cessit laudabile commentum! ex te enim judicans dignoscensque naturam, ut nihil Matre sit Filio indulgentius, judicis matrem allexisti affectu, prece, lacrymis, jejuniis (585) et effusa divitiarum largitione: hinc et inde enim multis datis et erogatis, illam suades primum; et illa statim suadet filium, et prope ante judicium victricem pro nobis pronuntiavit sententiam.

(590) Verum cum tamen ad pugnae certamina se objicere Barbari contenderent, multum quidem stulte fiebat incendium, ita ut omnis ante murum locus esset conspicuus. Flamma vero excitans lumen novas nebulas (595) immensam inter caliginem abscondebatur. At Persis in adverso littore eductis

NOTÆ.

Confer *De exped. Heracl.* i, 140, et notas Combesis ad *Narrat. de bello Abur.*

375. Tanta fuit vis objectæ hostibus imaginis, ut statim terga verterent nec auderent resistere, quia ejusdem aspectum nequirent sustinere. Hinc lepide poeta Sergium dolo circumvenisse judicem, scilicet Deum, visum iri affirmat. Sed qui fuerit dolus quo judicem corrupit, mox patebit.

384. Precibus, jejuniis et eleemosynis divini judicis benignitatem consecutus est Sergius. Hic ille est dolus quo usus est, quo nos etiam uti in rebus arduis maxime convenit. Porro Pisida, quæ sit vis pœnitentiæ et eleemosynæ demonstrare intelligit; quasi ea sit certa ratio non modo impetrandi, sed extorquendi a Deo quæ petimus, ac Deus ipse in hujusmodi munerum gratiam judicet. Confer *Hexamer.* v. 419 et seqq., ubi Pisida pœnitentiæ virtutem similiter exaggerat.

388. Πρὸ τῆς δίκης, ut v. 578, ἐλέγχων μηδέπω παρηγμένων.

389. Julius Pollux, viii, 25, qui omnia quæ ad judicium pertinent explanat, ita ad rem: Κριτίας ἀποδικάσαι ἔφη τὴν δίκην τὸ ἀπολῶσαι ἢ νικῶσαν ἀποφῆναι, ὡς ἂν ἡμεῖς ἀποφῆναι.

392. Πυρὸς ἔργον, incendium, ut *De exped. Heracl.* ii, 246, ἔργον τῶν ἐργάνων pro *organis*.

396. Πέραν, intellige orientale littus prope Chal-

Κῆρυξ δὲ καπνὸς τοῦ σκότους ἐγένετο,
 Ἔρωις γὰρ ἦν τις τοῖς ἐπ' ἄμφω Βαρβάροις,
 400 Οὐχ ὅστις ὄπλα συντομώτερον λάθοι,
 Ἄλλ' ὅς προφλέξει τοὺς ἀναιτίους λίθους.
 Καὶ ταῦτα μὲν δὴ τοῦτον εἶχε τὸν τρόπον.
 Ἦδη δὲ λοιπὸν συγκροτοῦντες τὴν μάχην
 οἱ Βάρβαροι μὲν τοῦ δικαστοῦ τοὺς τόπους
 405 Καὶ τοῦ στρατηγοῦ τῆ ἀτρέπτου παρθένου
 λαθόντες εἶχον ὡσανεὶ τὰς ἀσπίδας,
 Καὶ τοὺς παρ' αὐτῶν δυσσεβῶς ὑβρισμένους
 Ἔχειν συνεργοὺς εἰς ἀνάγκην ἠξίουσαν.
 Σθλάβων τε πλήθη Βουλγάρων; μεμιγμένα
 410 Ὁ Βάρβαρος νοῦς ἐμβαλὼν ταῖς ὀλκάσι
 (Γλύψας γὰρ εἶχεν ἐσκυφωμένα σκάφη)

ad bellum, quod jam contra nos iniretur pugna, B tenebricosus fumus factus est præco. Convenerat enim inter utrosque Barbaros, (400) ne quis arma citius altero caperet quam ille antea incendisset inculpabiles lapides. Atque hæc quidem non alio gesta sunt modo. Tum demum undique cientes pugnam Barbari quidem iudicis locos (405) et imperantis intemeratæ Virginis, quos occuparant, habebant sibi pro scutis. Ita quos illi impie lacessiverant, sibi habere adjuutores in necessitate putabant. At Sthlaborum multitudinem mistam Bulgaris (410) cum conjecisset Barbarus in naves (habebat enim trabe excavatas cymbas), miscuit terrestrem cum marina pugna.

VARIÆ LECTIONES.

401 προσφλέξει codices et ed. 415 συγκροτοῦντος ed. 417 λίθος P.

NOTÆ.

cedonem : ibi enim Sarbarus cum suis Persis ad orientem urbis tempus exspectabat. Pera enim quondam Byzantinis non modo ea pars erat quæ etiam hodie id nominis retinet, verum totum late littus vel ad Boream vel ad Orientem positum trans fretum; omniaque ea loca ad quæ non nisi navibus trajicere quis poterat, παρατικὰ μέρη vocabantur.

399. Ἔρωις, conventio, pactum. *Chronicon pasch.* rem narrat (col. 1006).

401. Abares et Persas multa sanctorum templa incendisse, cum, re desperata, ab urbe recedere coacti sunt, refert *Chronicon pasch.* (col. 1015) At narratio edita a Combefisio cum nostro poëta semper consentiens ipso belli initio, non in fine id evenisse tradit. Itaque *inculpabiles lapides* sunt templa igne vastata.

402. Boni patricii consilio factum est ut Persis, Sclavis Abaribusque male cesserit sententia, in quam omnes convenerant, ut dato per ignem signo undique omnes irrumperent. Testis est Nicephorus patr., p. 12; ex quo repetenda quæ tacet Pisida in laudando tantum Sergio occupatus. Nicephoro astipulatur *Chronicon pasch.*, ex quo patet Armeniis ignem data opera ad ædem S. Nicolai excitantibus barbaros omnes deceptos fuisse.

405. Abares cum jam propius ad urbem accessissent, ex ea parte ubi celeberrimum Deiparæ Virginis ad Blachernas templum exstructum erat, irrumperere conati sunt. Narratio a Combefisio edita refert Scythas ad templum, quod *in fonte* vocant, excurrisse. Sed templum *in fonte*, cujus nulla mentio in *Cpōli Christiana*, a Blachernarum templo non

A Ἐμίξε τῆ γῆ τῆς θαλάττης τὴν μάχην.
 Κάμοι δὲ μίξις συνεπήλθε καὶ μάχη.
 Καὶ πανταχοῦ μοι τοῦ σκοποῦ πεφυρμένου
 415 Καὶ συγκλονοῦντος τοὺς λόγους ὡς εἰς μάχην,
 Τί πρῶτον εἰπὼν δεύτερον ἀπάρξομαι;
 Ἄλλος μὲν οὖν ἐπιπτεν ἐκ ριπῆς λίθου
 λαθὼν κατ' αὐτὸ τὴν βολὴν καὶ τὸν τάφον
 Ἄλλος δὲ σύννους προσλαλῶν τῷ συμμάχῳ,
 420 Βληθεὶς ἀνωθεν ἐξ ἀδήλου τοξότου,
 Τὸ πνεῦμα θάπτον ἀνταφῆκε τοῦ λόγου.
 Καὶ τις παρ' αὐτοῖς ἐν μεγίσταις ἀξίαις
 Τάξαι νομίζων εἰς δέον τὰ τάγματα,
 Ἔστη παρεισδύς ἐν μέσῳ τῶν ἀσπίδων,
 425 Κρύπτειν ἑαυτὸν ἀσφαλῶς ἠπειγμένος.

At mihi quoque confusio oboritur et conflictus, cumque tanta sit propositi argumenti perturbatio, (415) ut veluti ad pugnam concitentur sermones quid primum dicam, qui deinde prosequare? At vero quidam cecidit ex jactu lapidis, simul vulnere accepto et sepultura.

Alter vero cogitabundus, loquens cum socio, (420) trajectus desuper ab occulto sagittario citius emisit spiritum quam verba. Necnon quis inter ipsos ex primoribus instruere volens ad opus ordines, media inter scuta se conjecerat, (425) ita se ipsum celare ad securitatem adactus. Jactus vero prævertens ceteris lapidis ex improvise protenta divisit scuta ac vehementer impellit: huic timor oboritur; cæteri-

C fuisse disjunctum colligimus ex Nic. Callisto, xv, c. 25 et 26. Hic igitur acta est pugna. Hic Deipara Cpolitianos defendit et Barbaros profligavit. Omnes plane historici fatentur Virginis miraculo urbem fuisse liberatam. At Cedrenus, p. 416, Virginem ipsam vere se conspiciendam hostibus dedisse narrat; quod aut ex Pisida linxit, qui, ut patet, militantem Deiparam facit, aut ex *Chronico paschali*, in quo ita legitur: Καὶ τοῦτο ἔλεγεν ὁ ἅθεος Χαγάνος τῷ καιρῷ τοῦ πολέμου, ὅτι ἐγὼ θεωρῶ γυναῖκα σεμνοφόρουσαν περιτρέχουσαν εἰς τὸ τεῖχος μόνην οὔσαν.

407. Dolis, perjuriis, incendiis.

408. Codex habet ἠξίουσαν.

409. Decem diebus terra marique pugnatum est: dum enim Abares admotis machinis urbem oppugnarent, Sclavi et Bulgari parvis navigiis vecti per sinum Ceratinum in littus descendere urbemque ipsam vastare moliebantur. Itaque in duplici bello ac de pluribus una simul conjunctis Deum et Deiparam triumphantes demonstrat. Qui rem magis ad historicam fidem expensam cupit intelligere, adeat *Chronicon paschale*.

411. Ex uno trunco erant excavatæ Barbarorum cymbæ, quas merito *trabarius* vocares. Nicephorus patriarcha et *Chronicon paschale μονόξολα* eas appellant, Theophanes, qui legerat Pisidam, et Cedrenus, qui Theophanem, γλοπιτὰ σκάφη nominant. Ammianus Marcellinus, xxvi, 3: *Transfretabantur in dies et noctes, navibus ratibusque et cavatis arborum ulveis agmina tum impositi.*

- Βολή δέ τις φάσασα συντόμου λίθου
 Ἄπροδοκῆτις διχοτομῆι τὰς ἀσπίδας,
 Καὶ τὰς μὲν ὠθεῖ, τῷ δὲ γίνεται φόβος.
 Οἱ δ' αὖ γε λοιποὶ πάντες, ἀκρίδων δίκην,
 430 Ἐπιπτον ἄρῳην δυστυχοῦντες εὐστόχως,
 Οὕτως ἀπηκρίθωσαν ἡ θεῖα κρίσις
 Τὰ τόξα, τοὺς βάλλοντας, αὐτοὺς τοὺς λίθους.
 Ὡς μηδὲν εἰκὴ συμπεσεῖν ἐρριμμένον·
 Ἄλλ' ἦν τὸ πεμφθὲν εὐστόχως ἀφιγμένον
 435 Πρὸς τὴν ἐκείστην πῶν βεβλημένων τύχην.
 Καὶ ταῦτα μὲν δὴ τῆς τύχης τὰ πράγματα
 Τὰ νῶτα τῆς γῆς εὐφόρως ἐθάστασαν·
 Ἔδει δὲ λοιπὸν καὶ τὰ τῶν θαλαττικῶν
 Λαβεῖν ἀγώνιον τὴν ἰσθρῶσπον κρίσιν.
 440 Καὶ μοι πρόσσετι τοῦτο θαυμάσαι πλέον,
 Πῶς τὴν τοσαύτην τῆς θαλάττης οὐσίαν
 Οἱ Βάρβαροι βλέποντες ἐξηπλωμένην,
 Δοκοῦντες ὥσπερ ἐστενωδοῦσαι τῷ πλάτει,
 Ἐκεῖ συνεκλείσθησαν εὐθέτως ὄπρου
 445 Τὸν αἶχον εἶχον ἢ στρατηγὸς παρθένος.

vero omnes locustarum more (430) prostrati jacuere in infortunio solertes. Sic divinum iudicium perfecte direxit tela, jaculatores et ipsos lapides, ut nunquam irritum caderet quod iactum erat: sed erat missile ad scopum opportune directum (435) pro varia transfossorum fortuna.

Ac tali quidem cum rerum felici successu in terra pugnatum est. Oportebat autem ut etiam maritima experirentur praelia aequale iudicium (440). Ac quanto magis mihi subit admirari, quomodo tantam maris substantiam barbari videntes late protensam, quasi viderentur ipsa arctari latitudine, eo se omnes apte concluderint, ubi (445) domum habebat imperatrix virgo. Illic enim velut in sagena piscium cavae inter se junctas extenderunt cymbas. Tum vero omnes invicem conspiran-

- A Ἐκεῖ γὰρ ὥσπερ ἐν σαγῆνῃ δικτύων
 Τὰ γλυπτὰ συζεύξαντες ἠπλώσαν σκάφη.
 Ἐπαὶ δὲ συννεύσαντες ἀλλήλοις ὄλοι
 Ἐπῆλθον ἡμῶν εὐν βοῆ ταῖς ἐλκασίαι.
 430 Ἐντεῦθεν ἦν ἀδύλοσ ἢ δῆλη μάχη·
 Μόνην γὰρ οἶμαι τὴν τεκοῦσαν ἀσπίδος·
 Τὰ τόξα τεῖναι καὶ βαλεῖν τὴν ἀσπίδα,
 Καὶ ταῖς ἀδύλοισι συμπλοκαῖς μεμιγμένην
 Βάλλειν, τιτρώσκειν, ἀντιπέρπειν τὸ ξίφος.
 435 Ἄνατρέψειν τε καὶ καλύπτειν τὰ σκάφη,
 Δαῦναί τε πᾶσι τὸν βυθὸν κατοικίαν.
 Ξάνον γὰρ οὐδὲν, εἰ πολυμῶι παρθένος,
 Δι' ἧς παρῆλθεν εἰς τὸ τῆς ψυχῆς σέθας
 Οὐκ οἶδα πῶς πεμφθεῖσα βομφαῖα πάλιν·
 440 Ὅμως παρῆλθεν ἢ διῆλθεν ὀξέοις
 Β Τρίσασα τὴν ἄτρωτον οὐδαμοῦ φύσιν.
 Οὕτω μὲν οὖν ἐκαῖνα τὰ γλυπτὰ σκάφη
 Τὸν ὄρμον εἶχον ἐξ ἀνάγκης εἰς ἕλληνα·
 Πολλὴ δὲ φύσις καὶ φόβος καὶ σύγχυσις
 445 Τοῖς νευμαχοῦσι Βαρβάροις συνήρξατο.

tes in unum aggressi sunt nostras cum clamore naves. (430) Atque ea fuit occulta simulque patens pugna. Sola enim, ut puto, quæ peperit sine semine, arcus intendebat et objiciebat clypeos; et ex occulto se immiscens conflictibus tela mittebat, sauciabat, retundebat gladios, (435) evertebatque, et submergebat cymbas, deditque omnes habitare in profundum. Novum enim est nihil, quando militat Virgo, per quam advenit animo religio.

Certe nescio quinam immissa est toties franca; (440) ac certe evasit pervasitque celeriter, gentem vulnerans non vulneratam antea: ita igitur ille cavæ cymbæ portum sunt adactæ habere subitus mare. Multa vero commistio et timor et confusio (445) in mari pugnantes barbaros incessit undique. Ac quidam ex ipsis procidens e navi, dum artem

VARIÆ LECTIONES.

428 φόβος? 437 γραφῆς codices et ed. Correxerunt Pinderus. 441 θαλάττης P.

NOTÆ.

437. Hactenus Pisida sibi visus est terrestrem pugnam descripsisse, ex qua ideo Cyprianos victores evasisse declarat, quia Sergius sola imaginis ἀγροποιήτου circumgestatione barbaros representavit. Itaque primam victoriam Deo acceptam refert. Hoc sane puto significari per ea verba τὰ νῶτα τῆς γραφῆς *terga* vel *dorsa picturæ*. Si enim velis Sergium barbaris objecisse vultus sanctissimi anticam partem, per τὰ νῶτα *dorsum*, videlicet superficiem tabule ac ipsam plane picturam intelliges: ita enim τὰ νῶτα τῆς θαλάττης maris superficies explicari solet. Si autem maris ipsam Sergium ob reverentiam posticam tantum tabule partem Abarribus opposuisse, quod illi minime digni essent qui sanctam iconem viderent, eadem verba per *terga* vertenda esse concedes. Ut autem iste senarius non claudicat, articulus τῆς expungendus. Confer v. 378 et seqq.

438. Ad alteram pugnam, quæ in mari acta est, progreditur, in qua solam Virginem pugnassee pro

D Cyprianis affirmat. Prima igitur victoria a Deo, altera a Deipara parta est.

440. Miratur enim in sinu Ceratino cum suis scaphis se coniecerint barbari. Stultum sane consilium, cum præ multitudine lintres lintribus essent impedimento. Verum tam exiguis navigiis se alto committere barbaros timuisse, atque ex una eademque parte urbem invadere voluisse credendum est; quod innuit *Chronicon paschale*, p. 720.

443. Templi in Blachernis locus recte designatur, et v. 403. Confer *Cypolim Christianam*, lib. III, p. 83. Ea aedes, quæ extra urbem erat ad litus maris, post fugatos Abares intra urbem excitato muro inclusa est. *Chron. Pasch.* p. 726.

437. Legerim *πολεμίζου*, ut constet metri ratio.

445. Ex repentina tempestate disiectas fuisse Barbarorum trabarias consentiunt historici; ac Pisida satis innuit hoc fuisse miraculum, quo Virgo Deipara Cyprianorum rebus opitulata est.

Καί ποῦ τις αὐτῶν ἐκπεσὼν τῆς ἐλκιάδος
 Πλωτῆρ σχεδιάζων τὴν τέχνην τῷρίσκειτο.
 Ἄλλος δὲ νεκρὸν εἰς ὕδωρ μιμούμενος
 Ἦλπιζε φεύγειν, τῷ δοκεῖν πεπνιγμένος
 470 Καί τις παρ' αὐτοῖς ἀντὶ πύργου τὴν τρόπιν
 Λαθῶν ὑπῆλθε, καὶ πολὺν μείνας χρόνον
 Ἐκ τῆς ἀνάγκης δυστυχῶν ἐκαρτέρει.
 Ὅμως ἐκείνους πάντας, ὡς ἓνα στόλον,
 Ὁ τῆς θαλάσσης συγκατέκλυσε σάλος.
 475 Ἐντεῦθεν ὁ πρὶν ἀφθόνως ἀνημμένος
 Πνέων τε πυρσὸν ἐκ λόγων πυρεκθύλων
 Ἀπηθάλωτο συντόμως ὁ Βάρβαρος·
 Ἄφνω δὲ τέφρα προσφόρως ἐγίνετο,
 Ὡς πῦρ ἀνάψας εἰς ἀνέγκλητα ξύλα.
 480 Ἄλλος γὰρ ἄλλον ἐξέπεμπεν ἄγγελον
 Φέροντας αὐτῷ συμφορὰς ὡς δράγματα,
 Ἐκ γῆς μὲν εἰς θάλατταν, εἰς δὲ γῆν πάλιν
 Ἐκ τῆς θαλάττης δυστυχημάτων σάλον.
 Οὕτω μὲν οὖν ἔπασχε τὸν καινὸν σάλον,
 485 Εἰς γῆν νομίζων, κυματοῦσθαι τὰς φρένας·
 Ὡς κυμάτων γὰρ ἀντισύδρομον μάχην
 Εἰς ἓν τι βεῦμα συμφορῶν ἀφιγμένων.
 Ἡ μὲν γὰρ ἡ γῆ τῶν ἀθάπτων Βαρβάρων
 Ἰλὴν παρεδλάστισε τῶν δένδρων πλέον,

natandi fingit, deprehensus est; alter vero mortuum super aquam imitatus sperabat evadere, se suffocatum simulans; (470) et alter ex ipsis pro turri carinam clam subit, ubi diu permanens ex necessitate suam calamitatem sustinuit. Cæterum eos omnes, tanquam unam navim, maris unda concitata dispersit.

(475) Exinde qui nuper incensus immodice flammam fundebat ex ore, ignem ex jaculis, combustus est repente barbarus, statimque cinis factus est utiliter, ut ignis qui ligna immerentia combusserat. (480) Quippe alius post aliam mittebat nuntios, qui ad eum afferrent mala velut manipulos: a terra enim ad mare, et ad terram pariter a mari, erat calamitatum tempestas. Ita igitur passus est novam tempestatem (485), in terra ratus fluctuare mentes. Non aliter quam secum depræliantibus undis in unam tandem partem calamitates confluent. Illic enim terra ex inbumatis barbaris sil-

A 490 Ἡ δ' ἡ θάλαττα τῇ φορᾷ τῶν λειψάνων
 Ὀχλουμένη τε καὶ κατεστορεσμένη
 Ἐξ ἀλλοφύλων αἱμάτων φοινίσσεται·
 Καὶ νῦν Ἐρυθρὰ κυρίως ἀκούεται,
 Καλῶς βαφεῖσα τῇ βαφῇ τῶν Βαρβάρων.
 495 Ἔδει γάρ, αἶμαι, τὸν Φαραῶν τὸν δεῦτερον
 Βλέπουσαν αὐτὴν καὶ νέον σε Μωσέα,
 Τὰς τῆς Ἐρυθρᾶς εἰκονίζειν ἐμφάσεις·
 Καὶ νῦν ἔχουσιν εἰς σοροὺς τὰ κύματα
 Μνήμην ἔνυγρον καὶ ταφὴν Αἴγυπτίαν.
 500 Οὐκ ἦν γὰρ εἰκὸς ἐνδεεστέραν βλέπειν
 Πρὸς τὴν παλαιὰν τὴν νέαν τιμωρίαν.
 Ἄσωμεν οὖν τὸν ὕμνον, οὐκ ἐν τυμπάνοις
 Ἀρρύθμα βομβήσαντες, ἀλλ' ἐν ὀργάνοις
 Τῶν ἔνδον ἡμῖν μυστικῶς ἡρμοσμένων.
 B 505 Καὶ νεῦρα μὲν τείνωμεν ἐζυχωμένα
 Καὶ πληκτρα γλώσσας καὶ τὰ χεῖλη κύμβαλα,
 Αἰσθήσεων δὲ πενταχόρδῳ συνθέσει
 Τὸν ἄκρον εἰς τὸν πρῶτον εἰπωμεν τόνον.
 Οὕτω γὰρ ἡ μὲν ἔψις ἡ τῶν ὀμμάτων
 510 Πᾶσαν καθαιρεῖ βλαπτικὴν θεωρίαν·
 Ἡ δ' αὖ νοητὴ τῶν ἀκουσμάτων πύλη
 Ἦχοις ἀτάκτοις οὐκ ἀνοίξει τὰς θύρας.
 Οὐδ' αὖ γε τὴν ὄσφρησιν ἠπατημένην

vam ferebat plus quam ex arboribus: (490) hic autem mare dorso gestans cadavera nuper conturbatum et nunc sedatum ex alienigenarum purpurascit sanguine; et nunc vere et proprie rubrum audit, tam bene tinctum tinctura barbarorum. (495) Oportebat enim, ut puto, Pharaonem atherum mare ipsum cum videret, loque novum Mosem, ut vivam Erythræi referret speciem; et nunc hi quoque habent pro tumultis undas, humida monumenta et sepulera Ægyptia. (500) Æquum enim non erat ut esset inferior illa antiqua hæc nova ultio. Canamus igitur hymnum, non cum tympanis incondita perstreptentes, sed cum organis intus in corde nostro mystice temperatis: (505) et nervos intendamus animæ, fiantque plectra linguæ et labia cymbala. Et sensuum pentachordo conjunctorum altum in primis efferamus canticum. Ita enim visus, qui est ex oculis, (510) ab omni emundabitur noxiæ spectaculo; itemque intellectualis auscultationum

VARIAE LECTIONES.

503 ἐξ ὀργάνων P. 505 ἐμψυχωμένα. 513 ἠπατημένη codices et ed.

NOTÆ.

466. Simili modo ac pene iisdem artibus legatos a Persis ad Chaganum missos evadere studuisse a Cyprianorum manibus, vidimus ad v. 364 ex *Chronico pasch.*

470. Naves cum turribus in usu fuisse apud veteres testantur historiæ et numismata: sed non huiusmodi erant arte Abarum scaphæ.

476. Alludit ad minas et convicia superbi Chagani, quæ ex *Chronico paschali* retulimus ad v. 524.

481. Maximam vim calamitatum; δράγματα idem ac πλήθη. in Etymologico δράγμα τῶν κερμάτων.

495. Nicephorus patriarcha, p. 13, non tempestatis, sed incurrentium Cyprianorum vi barbaros

D fuisse oppressos narrans, ἐκ τοῦ εὐθέως αἰὲν ἔκτεινον, καὶ αἷματι πολλῷ τὸ θαλάσσιον ὕδωρ ἐφοινίσσεται.

496. Αὐτὴν ὀπίσθον θάλατταν.

497. Cf. Exod. xiv, 51.

502. Tympana et cymbalos, quibus utebantur barbari, tanquam profana instrumenta Deoque laudando minus convenientia excludit Pisida, ac sensuum pentachordon, videlicet animi puriores affectus, tantummodo admittit. Confer *De exped. Herack.* ii, 246 et seqq.

511. Νοητὴν πύλην vocat intellectum, quia Plato in *Timæo*, p. 45, caput vel cerebrum τὴν τοῦ θεοτάτου καὶ ἰσχυρότατου φέρον οἴκτισιν sapienter affirmat.

Ἦδυσμα πικρῆς ἡδονῆς ὑφαρπάσαι,
 515 Καὶ γεῦσις ἔσται μὴ φθορῆς παραιτία,
 Ἄλλ' εἰς τροφήν ἀφθαρτον ἡδύτραπισμένη.
 Ἄφαῖς σε βουστῶν λημμάτων ἐλευθέραις
 Τὰ Χριστάδελφα ψηλαφήσωμεν μέλη,
 Ὅπως ὁ πάσης ἀρχιτέκτων οὐσίας,
 520 Τὸ πανσθενὲς στήριγμα τῶν ὀρωμένων
 Καὶ τῶν ἀσέλων ἢ πεπηγμένη βᾶσις,
 Ὁ παιδαγωγῶν συμφερδόντως τὴν φύσιν
 Καὶ σωφρονισταῖς ἐκφροδῶν διδασκάλους
 Τὴν νηπιώδη τῶν παθῶν ἀταξίαν,
 525 Καὶ νῦν στρατεύσας τοὺς παραυγεῖς συμμάχους
 Κατὰ σκοτεινῶν ἀντιτάξει Βαρβάρων,
 Δεῖξοι τε Τίγριν καὶ τὸν Ἰστριον πόρον,

A Ὡς πρὶν τὸ Νεῖλου βυθόν, ἡματωμένους
 Ὅπως μεθυσθῆ συγγενῶν ἐξ αἱμάτων
 530 Ὁ Βάρβαρος νοῦς δυστυχῶς γεγευμένος.
 Αὔξοι δὲ τὴν σὴν εὐσεβῆ φουουργίαν,
 Τὸν δεσπότην θάλλοντα τοῖς θεοῖς κλάθοις.
 Θύρας τε πολλὰς ἐξανείγοι τοῖς λόγοις
 Νικῶντος αὐτοῦ πανταχοῦ τοὺς Βαρβάρους.
 535 Ἐνταῦθά μοι νῦν τὸν βραδύγλωσσον λόγον
 Τὸ συμπέρασμα τοῦ σκοποῦ περιγράφει.
 Τῷ σὺ δὲ τέκνῳ, τῷ νεωτέρῳ κράτει,
 Τούτους προσειπεῖν εὐτροπέϊσι τοῖς λόγοις.
 Νίκη, φάνηθι· νῦν λαβεῖν σε νομφίου
 540 Ἔξεστι τοῦτον, ἢ τὰ δῶρα τῶν γάμων
 Δίδουκας ἤδη τὴν σφαγὴν τῶν Βαρβάρων.

porta inordinatis sonis non aperiet valvas; nec ab
 olfactu pariter decepta snavitatem amaræ volupta-
 tis attrahet; (515) gustus autem non erit corru-
 ptionis causa, sed ad escam incorruptibilem inten-
 tus: et tactu a fluxis rebus captandis immuni Christi
 fraterna membra contrectabimus; ut ille totius ar-
 tifex substantiæ. (520) fortissimum fulcimentum
 visibilium et invisibilium stabile fundamentum, qui
 utiliter erudit naturam et flagello magistro exterret
 stultam passionum perturbationem, (525) nunc quo-
 que suos educens rutilantes milites tenebricosis ex
 adverso sistat barbaris; Tigrisque et Istri demon-

B stret alveos, ut quondam Nili flumen, eruentatos
 ut, inquam, inebrietur suæ gentis cruoribus (530)
 barbarus infeliceiter saturatus, tua vero crescat pia
 plantatio, despota, qui germina divinis surculis;
 portasque multas reseret sermonibus, ipso vincente
 quacunque ex parte barbaros.

(535) Atque hic meo tardiloquo sermoni finis
 de re proposita præscribitur. Tum vero filium,
 pubescentem majestatem, hisce aggredier dictis
 alloqui. Prodeas victoria: nunc sponsum accipere
 (540) te decet istum, cui pro donis nuptialibus nu-
 per dedisti cladem barbarorum.

VARIÆ LECTIONES.

530. γεγευμένος P.

NOTÆ.

518. Cf. I Cor. vi, 15.

522. Vide Hexaem. iv, 401 et 500.

525. Angelos, qui stent pro Heraclio contra
 Chosroam, ut quondam a Deo steterunt duce Mi-
 chaele archangelo contra Luciferum. Angeli enim,
 ut ait David, psal. cii, 20, *potentes virtute, facientes*
verbum illius.

527. Per hæc duo flumina Persas et Abares, qui
 tunc erant hostes Heraclii, designat: nam ad Istrum
 ut plurimum acta sunt bella contra Abares, et
 Chosroam trans Tigridem fugere coegit Heraclius.
 Vide Theophanem, p. 269.

528. Vide Exod. vii, 20.

531. Vide supra v. 12. Patet autem Pisidam illud
 Pauli Sergio convenienter accommodare, I Cor. iii,
 6: *Ego plantavi, Apollo rigavit, Deus autem incre-*

C *mentum dedit.*

537. Quem hic Pisida allegorice filium Sergii
 appellat, esse filium Heraclii non dubito. Is fuit ille
 Flavius Constantinus, qui *Novus Constantinus* dictus
 est et in nummis *Heraclius Constantinus* nuncupatus
 invenitur. Circa annum 630 Gregoriam Nicetæ
 patricii filiam, jam a teneris unguiculis sibi despon-
 satam, in uxorem duxit. Rem tradit Nicephorus
 patr. p. 15. Itaque opinor Pisidam idcirco ita Con-
 stantinum hic alloqui, ut fausta omnia augustis
 sponsis apprecaretur, quos tamen matrimonio con-
 junctos non fuisse legimus in eodem Nicephoro,
 nisi postquam Heraclius, extincto jam Chosroa et
 pace cum ejus filio Siroa facta, e Perside victor
 triumphansque remigravit.

QUERCII DE HERACLIADÆ MONITUM.

Heracliadæ inscriptio, quam huic poematio, duabus tantum acrosibus comprehenso, po-
 suit Pisida, quid magnum plane videtur prima fronte polliceri. *Iliadem* enim et *Odysseam*,
Æneidem, et *Thebaidem*, aliaque hujusmodi cum Græcorum tum Latinorum poemata longo
 deducta filo, facile sibi quisque in mentem revocabit. Sed vereor ne qui tituli amplitudine captus
 quid simile a Pisida exspectat, a spe decidat sua, cum neque scriptionis genus, neque poeseos
 majestatem, neque rerum, quæ narrantur, gravitatem conceptæ statim opinioni satis et ex æquo
 respondere invenerit. At Pisida quidem, ni fallor, ea de causa tam speciosum titulum suis hisce
 acrosibus inscripsit, vel quia de Chosroæ excidio, quod eorum omnium quæ ab Heraclio gesta
 sunt fuit opus maximum, agere potissimum volebat, quod sane ex ejusdem tituli explicatione, *Εἰς*
τὴν τελείην πύσιν Χοσρόου, fit manifestum; vel quia Heraclii imperatoris res singulas, quas
 postquam regno politus est præclare gessit, attingere ac delibare constituerat, ut ex secunda